LAXDÆLA-SAGA.



SUMTIBUS LEGATI MAGNÆANI.

LAXDÆLA-SAGA

SIVE

HISTORIA DE REBUS GESTIS

LAXDÖLENSIUM.

EX MANUSCRIPTIS LEGATI MAGNÆANI

CUM

INTERPRETATIONE LATINA, TRIBUS DISSERTATIONIBUS AD CALCEM ADJECTIS ET INDICIBUS TAM RERUM QVAM NOMINUM PROPRIORUM.

HAFNIÆ.

SUMTIBUS LEGATI MAGNÆANI EX TYPOGRAPHEO HARTV. FRID. POPP.

MDCCCXXVI.

CONSPECTUS VOLUMINIS.



PRÆFATIO.

Dum index mythologicus ad calcem Eddæ antiqvioris edendus prelo subjicitur, atqve in editione codicis antiqvissimi legum islandicarum, *Grágás* dicti, sumus occupati; unam alteramve earum, qvas in scriniis nostris asservamus, narrationum in lucem proferre constituimus. Harum vero vix ulla, sive narrationis ambitum et concinnitatem spectes, sive rerum gestarum gravitatem et fidem repütes, nostri studio dignior videbatur, qvam illa, qvæ vitam moresqve Laxdælensium tradit historia.

Particulam qvidem hujus operis qvadraginta fere abhinc annis unus e nostris (G. J. Thorkelin) una cum versione anglica apud exteros edendam curavit*); totum vero opus vir perillustris J. Aall, ferrifodinæ in Norvegia possessor, de toto hocce litterarum genere multis nominibus optime meritus, in lingvam vernaculam transtulit**). Nihilotamen secius et consilio instituti Magnæani accommodate et studio priscæ lingvæ borealis alendo

*) Fragments of english and irish history in the 9th and 10th Century. London 1788, 4to.

**) legitur in commentariis Norvegicis, qvibus titulus: *Saga et Fierdingaarsskrift, udgivet af* J. S. Munch, 3 B. p. 1-306.

idoneum esse existimavimus efficere, ut historia optimæ notæ de antiqvissimis Islandiæ rebus islandice promulgaretur, atqve latinitate donata viris doctis exterarum qvoqve gentium pateret.

Pertinet nempe historia nostra ad classem istarum narrationum, qvæ fata gentis cujusdam islandicæ exponendo non solum antiqvissimum reipublicæ, qvæ in hac insula viguit, statum egregie illustrat, sed qvoqve velut in speculo monstrat, qvalis vitæ in tota septentrione cum publicæ tum privatæ fuerit usus, anteqvam religio christiana nova instituta novosqve induceret mores.

Habitavit ista familia in parte insulæ occidentali, in valle qvodam juxta fluvium ob copiam salmonum Laxá nuncupatum, hinc nomine Laxdælensium insignita. Cardo narrationis circa Olavum Pavonem, filium ejus Kiartanum, nutriciumqve Bollium inprimis versatur; qvi qvidem ea floruerunt ætate, qva sacra christiana inter Islandos auctoritate publica fuerunt recepta. Neqve tamen in vitis horum virorum describendis absolvitur volumen, sed pro more Islandorum solito regreditur oratio ad primos insulæ occupatores, eorumqve parentes, atqve haud pauca de hisce notatu dignissima affert. Postulavit desuper narrationis tenor, Kiartano a Bollio ob infaustos Gudrunæ amores interemto, ut simultates inde exortæ atqve ultiones hinc illinc sumtæ ordine exponerentur. Ita ad senectutem usqve Gudrunæ et famam florentem filii, qvem ex Bollio susceperat, deducitur narratio, vitas septem generationum complexa, qvarum autem non nisi qvatuor posteriores uberius illustrantur.

Habemus hic jurgia domestica, lites in foro gestas, certamina cruenta, amores, mercaturas; varias animadvertimus ætatis istius superstitiones, primaqve religionis christianæ initia. Non finibus Islandiæ circumscribitur narratio, sed qvinqve reges Norvegiæ, unus Hiberniæ, suas hic agunt partes. Neqve res gestæ simpliciter enarrantur, sed instruitur veluti scena, ipsos fabulæ actores loqventes audimus, cernimus vestitum, agnoscimus vultum, atqve ita omnia oculis subjiciuntur fidelibus.

Hæc vero omnia historiæ studiosis atqve antiqvitatum borealium scrutatoribus tum demum gravia videbuntur, si de αξιοπιςια narrationis constiterit. His igitur hominibus, interdum satis morosis, ut pro virili satisfaciamus; inqvirendum erit, qvo tempore, qvo loco, qvo auctore historia Laxdælensium litteris fuerit consignata.

Primum qvidem argumentis externis ætatem libri adstruere conabimur. Habemus scilicet non solum plures codices infra describendos, qvi satis ostendunt historiam hancce, qvalem nunc habemus, saltem ab initio inde seculi decimi qvarti fuisse exaratam, sed alia qvoqve historiarum monumenta ad ætatem libri paulo accuratius constituendam possunt adhiberi.

Ita legimus in historia Eyranorum.*) *"Kemr hann (Snorri Godi) oc vid margar sögur, oc getr hans i Laxdælasögo, sem mörgom er kunnigt, þviat hann var hinn mesti vin Gudrúnar Osvifrsdóttr oc sona hennar,* ɔ: In

*) Eyrbyggiasaga sive Eyranorum Historia, quam mandante et impensas faciente Perill. P. F. Suhm, versione, lectionum varietate et indice rerum auxit G. J. Thorkelin; Havniæ 1787, in 4to, p. 334.

multis historiis de Snorrone agitur, ejus enim, ut multis innotuit, Laxdælasaga mentionem facit — fuit nimirum intimus Gudrunæ Osvifi filiæ ejusqve filiorum amicus." Magna cum probabilitatis specie efficitur hancce de Eyranis historiam initio seculi decimi tertii fuisse scriptam.*) Si vero diceret aliqvis verba nuper allata nonnisi glossema constituere serius additum, docent membrana, in qvibus ipsa leguntur verba, hæc initio saltem seculi decimi qvarti fuisse scripta.

In nonnullis præterea codicibus membranaceis, qvi vitam continent Gunnlaugi Vermilingvis**) fere medio seculo decimo qvarto exaratis, reperimus seqvens glossema p. 67: *"þessi Audun hinn sami villdi eigi utan flytia sonu Osvifis hins spaka, epter vig Kiartans Olafssonar, sem segir i Laxdœlasögu, oc var Gunnlaugr þo sidar enn þetta* ɔ: Idem hic Audun, ut in Laxdælensium historia perhibetur, Osvifi sapientis filios, post cædem Kiartani Olai filii, peregre vehere recusavit. Gunnlaugus tamen illo tempore posterior erat." Autor glossematis sine dubio respexit ea, qvæ leguntur in historia nostra de Audune cap. 51 p. 230. Dissensum aliqvem hic animadvertimus, dum noster Audunem ea ipsa æstate, qua Islandiam reliqverat, naufragio periisse contendit, alter vero eundem, triennio interjecto, Gunnlaugum ad exteros vexisse narrat. Possumus qvidem hæc qvodam-

---

*) *vid.* Sagabibliothek med Anmærkninger og indledende Afhandlinger af P. E. Müller; Kjöbh. 1 D. 1817 p. 197. et ejusd. libr. vers. germ. p. 146.

**) Sagan af Gunnlaugi Ormstúngu og Skálld-Rafni. Ex manuscriptis Legati Magnæani. Hafniæ 1775 in 4to, præf. p. XVI.

modo conciliare, statuentes Audunem hoc mortis genere qvadriennio serius periisse, sed dum noster addit Osvifum, virum sapientiæ laude florentissimum, Auduni hocce infortunium minitantem augurasse, verosimile fit rumorem de naufragio Audunis, viri alias ignoti, ex ipso vaticinio fuisse exortum. Hoc saltem constat autorem glossematis diversitatem aliqvam, non ita magnam, inter vitam Gunnlaugi & historiam Laxdælensium notare voluisse, unde seqvitur, hanc historiam & qvidem litteris exaratam illi innotuisse.

Tertium argumentum petimus ex narratione de Grettere Robusto*) sub finem seculi decimi tertii litteris mandata, in qvo leguntur seqventia: *"þetta haust féck Olafur Feilan Alfdysar Bareysku, þá andadist Audur hin Djúpaudga, sem segir i sögu Laxdæla* ɔ: hac æstate Olavus Feilan Alfdisam Bareyskam uxorem duxit; eodem tempore obiit Audur Djupaudga, ut historia testatur Laxdælensium." Spectant hæc verba ad ea, quæ in initio historiæ nostræ reperiuntur, atqve docent ambitum ejus ab hac saltem parte fuisse seculo decimo tertio exeunte eundem qvo nunc fruimur.

Hisce testimoniis accedit comparatio cum ea de rebus gestis regis Olavi Trygvii filii historia, qvæ ex codice Flateyensi typis fuit expressa.**) Hujus nempe hi-

---

*) Nockrer margfróder söguþættir Islendínga, ad Forlagi Hr. Vice-Lögmansins Björns Marcússonar; Hólum 1756 in 4to, p. 87.

**) Saga þess háloflega Herra Olafs Tryggvasonar Noregs Kóngs (ed. Thord. Thorlacius). Prentud i Skálhollti Anno MDCLXXXIX. Vol. II. p. 87-98, p. 252-254.

storiæ vel potius historiarum collectionis autor, non modo lectores ad plenam de cæde Kiartani & inimicitiis inde exortis narrationem in historia Laxdælensium legendam ablegat;*) sed ipse Kiartani natales, apud regem Olavum commorationem, baptismum atqve mortem præmaturam ita enarrat, ut in singulis verbis cum nostro sæpius conspiret, interdum vero ab eo in rebus minutioribus discrepet, & pauca qvædam addat. Hinc concludimus historiam de rebus Lexdælensium litteris consignatam, sed recensione, ut dicunt, a nostra paullulum diversam ipsi ad manus adfuisse. Ex subscriptione codicis satis constat hancce de rebus gestis regis Olavi Tryggvii filii historiam manu Ionæ Thordi filii, sacerdotis islandici, anno 1387 fuisse scriptam. Tota vero codicis ratio abunde docet sacerdotem modo partes librarii egisse atqve historiam regis Olavi primi consarcinasse ex translatione operis latini de vita hujus regis a Gunnlaugo monacho confecti, cui nonnullas diversis in locis narratiunculas interseruerit. Ea, qvæ de Kiartano ibi narrantur, tam arcte cum tota orationis serie cohærent, ut ad ipsum Gunnlaugi opus pertinuisse videantur; cui opinioni favet, primum ea observatio, totam de Kiartano historiam iisdem fere verbis, qvibus eam in codice Flateyensi legimus expressam, in altera recensione historiæ regis Olavi primi ex codicibus optimæ notæ nuper evulgatæ occurrere**); dein qvod multa de Kiartano eodem fere

*) l. c. P. 2 p. 254. l. c. P. 2 p. 87-98. 125. 252-255.

**) Fornmanna Søgur, eptir gömlum handritum, útgefnar ad tilhlutun hins

modo dicta legantur in breviore de Olavo primo historia, qvam ab Oddo monacho conscriptam Reenhielmius edidit Upsaliæ 1691 in 4to, p. 129-134.

Ex hisce omnibus evincitur recensionem historiæ Laxdælensium a nostra paullulum diversam sub finem seculi decimi qvarti innotuisse, qvam a doctis monachis Gunnlaugo & Oddo sub finem seculi duodecimi florentibus jam fuisse adhibitam, magna cum probabilitatis specie concludimus; nostram vero de rebus Laxdælensium historiam ab initio inde seculi decimi qvarti multis innotuisse, unde seqvitur eandem seculo saltem decimo tertio fuisse exaratam.

Suffragantur huic assertioni argumenta interna, styli nempe puritas atqve narrationis color ad priscam simplicitatem propius accedens. Solent autem narrationes Islandorum seqvioris ævi, cum insulsis figmentis, tum novitate verborum & affectata qvadam in periodis struendis concinnitate ætatem prodere.

Ab altera vero parte contendimus narrationem nostram vix ante finem seculi duodecimi litteris fuisse mandatam. Ambitus jam narrationis, annos centum & qvinqvaginta fere complectens, arguit progressus in arte historias conscribendi tum esse factos. Narrationes Islandorum antiqvissimæ v. c. *Heidar-vigarsaga*, dialogis scatent; nostra habet qvidem dialogos sed pauciores. Vocabula obsoleta, qvalia in historia Niali non pauca

---

norræna fornfræda fèlags: Annat Bindi: Saga Olafs konúngs Tryggvasonar. Kaupmannahöfn 1826. 2 Deild p. 19-39, 253-258.

reperiuntur, hic fere neutiqvam occurrunt. Duplici vice citatur Arius Multiscius p. 8 & p. 330, semel historia de Thorgilso Höllusonio p. 290, commemoratur qvoqve historia de Njardvikingis p. 296. De Gellire autem Thorgilsi filio asseritur p. 534: ejus fieri mentionem in multis narrationibus. Hæc omnia ætatem innuunt, qva litterarum inter Islandos studium ultra prima initia evectum lætiora ceperat incrementa.

Variæ qvoqve observationes ab autore nostro allatæ satis docent, tempus haud parvum effluxisse a rebus illis, qvas enarrat gestas, ad suam usqve ætatem v. c. p. 28-29: "Höskuldus ad australem Norvegiæ oram appulit, atqve in Hördalandia egressus est, ubi postea Biörgyn situm est." P. 33-35: "Höskuldus in ostio fluminis Laxá in terram egressus navem exonerari atqve intra dictam amnem subduci jubebat, atqve navale circumstruendum curavit, cujus navalis adhuc vestigia remanent." P. 37: "Melkorkustadis jam locus est desertus." P. 39: "Locus est piscatorius in Breidafiördo, qvi Biarneyar nuncupatus est. Multæ ibi insulæ et illis temporibus capturæ admodum idoneæ." P. 67: "Hrutus templum in agro struxerat, illius adhuc vestigia remanent. Locus vocatur Tröllaskeid (curriculum gigantum) publica jam ibi via (þiódgata);" P. 105: "Höskuldo mortuo ortus est inter fratres sermo: patrem funerali convivio venerandum, id enim moris fuit." P. 147: "villa sita est in valle, qvæ versus occidentem inter Mulum et Grisartungam in montes flectitur. Valli jam Grimsdali nomen." P. 209: "Eo tempore multum fuit usitatum, ut latrinæ fo-

ris essent, et qvidem a villis aliqvantum remotæ." P. 228: "Tum in Dalis nullum templum erat exstructum." In Genealogiis, quas noster more Islandorum solito identidem offert, offendimus p. 229 Eisteinum ab anno 1161 archiepiscopum Nidrosiæ, et p. 333 Ketillum abbatem, qvi ab anno 1221 monasterio Helgafellensi præfuit. Duo saltem stemmata p. 120 et p. 333 quatuor generationes recensent inde a Bollio Bollii filio, cujus res gestæ ad calcem historiæ nostræ enarrantur; cætera vero stemmata maturius desinunt.

De regione, in qva historia nostra fuit confecta, multo brevior erit disputatio. Totus nimirum est auctor in rebus unius gentis, unius tractus, enarrandis. Tam accurate et situm locorum, et rationes itinerum notat, tam vivide describit totum hominum, qvos agentes inducit, habitum, ut res non solum patrias sed etiam gentilitias posteris mandasse videatur; qvis vero ille fuerit, nos omnino latet. Nonnulli qvidem autumaverunt, Arium Multiscium, primum inter Islandos scriptorem, hujus qvoqve libri auctorem fuisse*), sed vix ulla alia de causa, nisi qvod Arius atavum habuerit Thorkelem, ultimum Gudrunæ maritum. Nec mirum sane plerarumqve de rebus islandicis narrationum auctores plane nos latere. Illi enim, qvi res majorum gestas litteris consignaverunt, librariorum magis qvam auctorum partes egisse videntur, dum narrationes, qvas, continua orationis serie compre-

*) Cfr. E. C. Werlauff de Ario Multiscio antiqvissimo Islandorum historico. Havniæ 1800 p. 93.

hensas, sæpius ore tradi audiverant, calamo exceptas in justam voluminis formam modo redegerint*).

In ipsa narrationis indole nil est, qvod fidem auctoris infringat. Spectra qvidem hic offendimus sed perpauca, nonnullas incantationes, plura præsagia, hæc vero priscis Islandis non secus ac monticolis Scotiæ adeo solita & veluti indigena fuerunt, ut ad nativum narrationis colorem reqvirerentur. Majorem suspicionem possent ea, qvæ de matre Olavi Pavonis leguntur, movere; eam scilicet, qvam Höskuldus, pater Olavi Pavonis, servam a mangone in Norvegia emerat, filiam exstitisse Myrkiartanis, regis Irlandici, atqve tædio servitutis permotam vocis defectum per plures annos simulasse, donec herus ipsam cum filio tenello, qvem ex ipsa susceperat, loqventem offendit. Hæc qvidem primo adspectu speciem fabulæ romanensis referre videntur. Attamen satis constat in ista temporum barbarie, qva piratæ omnes oras infestarent, regulorum qvoqve filias interdum fuisse raptas; Höskuldum vero servam perpulchram, qvam peregrinans lecti sociam sibi adsciverat, post reditum, ut zelotypiam uxoris qvodammodo placaret, mutam coram omnibus per aliqvot annos venditasse satis est probabile. Iter Olavi Pavonis ad Myrkiartanem avunculum, Irlandiæ regulum, nil continet, qvod fidem excedit; prosapiam vero ejus ab æqvalibus regiam fuisse creditam ostendunt, cum donatio mortis causa a patre ipsi facta

---

*) Cfr. P. E. Müller über den Ursprung und Verfall der isländischen Historiographie; Kopenh. 1813 p. 81.

(vid. pag. 102), tum istud qvod eidem, licet filio ancillæ, cum Thorgerda, ex inclyta Myramannorum stirpe orta, contigerit connubium.

Omnia enumerare loca, in singulis Islandorum historiis obvia, qvæ personas tangunt in hocce volumine occurrentes, nimis foret molestum, sed potiora qvædam testimonia hic commemoranda esse duximus. Ita liber Originum Islandiæ*) pluribus in locis Olavum Pavonem nominat unacum majoribus ejus, Kiartanum, Bollium, Gudrunam, maritos ejus & liberos. Quicunqve in priore historiæ nostræ parte eminent, passim occurrunt in schedis Arii multiscii, historia Orcadensium, historia Eyranorum, Niali, Eigilli, Gunnlaugi Vermi-lingvis & Gretteris. Omnes antiqvi scriptores, qvi initia religionis christianæ inter Islandos sparsæ tradiderunt, nonnulla afferunt de Kiartano ejusqve apud regem Olavum Tryggvii filium commorationem**). Noster res Kiartani gestas majori cum studio persecutus addidit plura, in qvibus hoc imprimis memoratu dignum, qvod Kiartanus, in portu Nidrosiæ hiemans, indignatus, qvod rex Olavus Islandos hospites vi ad sacra Christianorum trahere vellet, sociis proposuerit, ut agmine facto regem imparatum media nocte cum ferro & igne invaderent, ne ipsi indigna paterentur. Ferox sane consilium, sed neqve a

*) Islands Landnámabók, Havniæ 1784. vid: indicem personarum locupletissimum.

**) Præter historias de rebus gestis regis Olavi Tryggvii filii antea allatas cfr: historia regum Norvegicorum a Snorrio Sturlæ filio conscripta, edit. Havn. in Fol. vol. 1 p. 285-288 p. 327 sive historiæ regis Olavi cap. 88-89, 113. Kristnisaga, Havniæ 1773 p. 70.

moribus istius ævi, neqve ab elata mente auctoris alienum. Facile vero intelligitur, cur clerici, qvi historiam religionis christianæ in patriam introductæ scripserint, nefarium istud contra inclytum veræ religionis præconem omiserint consilium. Addit præterea noster (p. 172) regem per speculatores de verbis, qvæ effuderat Kiartanus, certiorem factum, hunc postridie cum sociis in concionem vocasse, atqve ferociam consilii ejus leniter satis increpantem dimisisse intactum cum his verbis: ipsum Deum affirmare se neminem velle ad se invitum pervenire. Mira sane isto tempore humanitas, qvæ cum violentia, ne dicamus crudelitatem, istius regis in religione propaganda, vix conciliari posse videtur. Sed tamen aderant causæ sat graves, qvæ hanc svaderent mansvetudinem; intellexit nempe rex, se clementia erga hospites Christianismo tanto facilius in Islandia aditum esse paraturum; satis autem constat regem istum non modo prudenter sed interdum callide*) propagationi religionis consuluisse. Summa qvidem crudelitate in multos sæviit, qvi nova sacra admittere noluerunt, sed plerumqve in eos, qvos malarum superstitionis artium suspectos habuit. Ipsa deniqve Kiartani in consiliis capiendis audacia, in confitendis sinceritas, regi generoso vix displicuerunt.

Præter libros jam memoratos Kiartani mentio qvoqve fit in historia Gunnlaugi Vermilingvis p. 4, in Fost-

*) Historia regum Norvegicorum a Snorrio Sturlæ filio conscripta vol. I. in historia regis Olavi Tryggvii filii capp. 65. 78.

brædrasaga p. 3, nec non in historia filiorum Droplaugæ nondum edita cap. 3. Lapis ejus sepulchralis inscriptione runica insignitus visitur adhuc in coemeterio ædis Borg, nomarchiæ Myrensis.*) Qvartus Gudrunæ maritus Thorkell Eyolfi filius, vir magnæ inter suos auctoritatis, commemoratur in historia Biörni Hytdalorum athletæ, nondum typis evulgata, in Hungurvaka p. 36, in Landnama p. 113, et in historia Olavi Sancti apud Snorrium Sturlæ filium, vol. 2, p. 204, 207, 210. Sed ex comparatione cum opere Snorrii magnæ hic surgunt difficultates chronologicæ. Narrat nempe noster Thorkelem una cum filio Gellere duodecenni regem Olavum Nidrosiæ degentem adiisse, ibiqve hyemem transegisse; anno seqventi in patriam fuisse reversum, dein nonnullis mensibus interjectis eversa nave periisse qvadriennium ante cædem Olavi sancti, igitur anno MXXVI; in qvo qvidem anno constituendo noster annales Islandorum consentientes habet. Snorrius vero narrat p. 207 Thorkelem anno MXXIV una cum aliis nonnullis Islandiæ proceribus, nuntio a rege Olavo misso, Nidrosiam fuisse invitatum; inter proceres Islandos autem constitutum fuisse, ut ipsi in insula remanerent, singuli vero alios suo loco mitterent. Anno itaqve seqventi Gellerem Thorkeli filium una cum aliis nonnullis optimatum filiis convenisse regem, sed anno præterlapso patriam solum cum mandato regis repetiisse p. (231-232) atqve inde anno MXXVII ad Nor-

*) Eggert Olafsens og Biarne Povelsens Reise giennem Island, Sorö 1772. 1 D. S. 255. Antiqvariske Annaler IVde B. 2det Hefte, S. 343-44.

vegiam rediisse, regem autem Olavum anno seqventi demum convenisse Sarpsburgi degentem p. 282. Ex hac itinerum ratione seqvitur, patrem Gelleris neqve anno millesimo vicesimo qvarto, neqve duobus annis seqventibus, fuisse in Norvegia; eumqve demum anno MXXVIII regem Olavum convenisse, non Nidrosiæ sed vel Sarpsburgi vel Tunsbergæ, neqve filium secum habuisse duodecennem sed tum sedecim annos natum. Auctor itaqve noster videtur primam Gelleris ad Norvegiam profectionem cum ultima Thorkelis permiscuisse, atqve eo errore deceptum annum Thorkelis emortualem qvadriennio ante cædem regis constituisse, licet initio ejusdem anni contigerit. Annalistæ Islandorum, auctoritate scriptoris nostri haud dubie abrepti, eundem admiserunt errorem.

Duo alia sphalmata chronologica in historia Bollii junioris reperiuntur. Narrat auctor Bollium juniorem fuisse posthumum, eundem vero duodecennem ultionem cædis paternæ aliis opitulantibus sumsisse ab Helgio filio Hardbeini. Jam vero constat Helgium cæsum fuisse anno millesimo decimo, biennio ante natales Gelleris, Bollius vero pater necatus est anno millesimo sexto vel septimo, unde seqvitur filium ejus posthumum, qvatuor annis interjectis, haud exstitisse duodecennem.

Alter vero error chronologicus occurrit in parte ultima historiæ Bollii junioris. Narratur scilicet eum aliqvot annis post mortem Snorrii, vitrici ejus, elapsis tantopere inclaruisse, ut Gudmundus Dives, amicitiæ cum eo ineundæ cupidus, ipsum ad villam suam invitaverit; in eo autem itinere Bollium insidias inimicorum fortitu-

dine sua superasse. Jam vero aliunde constat Gudmundum ante mortem Snorrii obiisse. Sed observandum est Gudmundi partes hic fuisse inferiores, neqve narrationis ordinem ullo modo turbari, sive Gudmundus fuerit, sive alius forte optimatum ejusdem provinciæ, qvi Bollium ad iter suscipiendum perduxerit. Tota præterea de Bollio juniore narratio, per se fide satis digna, in nonnullis codicibus deest, atqve vinculo adeo levi cum historia præcedente cohæret, ut serius addita videatur.

Hi itaqve errores chronologici fidem totius narrationis tanto minus infringere valent, qvanto facilius in historia ex traditione orali calamo excepta et vix cum ullis aliorum librorum testimoniis comparata potuerunt oriri. Durius igitur videbitur, qvod Thormodus Torfæus, V. cl., in historia sua Norvegiæ propter hos errores de nostro auctore tulit judicium*).

Sententiam de historia nostra multo æqviorem ab auctore doctissimo historiæ ecclesiasticæ Islandiæ Finno Johannæo his verbis expressam legimus (Hist. eccles. Isl.

*) Historiæ rerum norvegicarum pars tertia p. 173 "Valde in hoc anno, ut plerumqve alias, historia, qvæ Laxdæla inscribitur, et inter præcipua Islandorum documenta habetur, hallucinatur; dum hæc ad annum MXXVI refert; obitum enim Thorkelis in qvadriennium ante cædem Sancti Olavi contigisse tradit; Gelleremqve ejus filium tunc annorum tredecim; nam ex capite hujus historiæ XXVIII (rectius XXIX sive p. 122-124) constat, illum inter procerum Islandiæ filios accitu regis anno MXXV ad eum patria profectum, annoque seqventi eo cum mandatis deferendis remissum; nam si anno XXVI Thorkell periit, oportuit eum anno præcedenti apud regem in Norvegia fuisse una cum filio Gellere, idqve undecimo ætatis illius anno, seqventi autem Gellerem remissum certe legationis negotio immaturum. Itaqve illa historia male digesta, partim etiam figmentis corrupta in alium

vol. 4. præfat. p. VI):" Laxdælensium historia etiam egregia, speciatim prior ejus pars, qvæ in plurimis Eyrbyggensi non inferior censenda est. In posteriore vero, qvæ a Bollii Bollii filii vita computari potest, haud parum degenerat, maxime in Chronologia, qvapropter hanc partem ab alio auctore post assutam esse suspicor."

Huic de indole & auctoritate historiæ Laxdalensium disqvisitioni finem imponimus, notitiam subsidiorum, qvibus in præsenti editione adornanda usi sumus, lectori exhibentes. Eandem ac in prioribus historiarum islandicarum editionibus, secuti sumus methodum, textum nempe ad Codicem præstantissimæ & antiqvissimæ notæ concinnando & discrepantias in cæteris codicibus & apographis occurrentes, textui subjungendo. Perlustratis igitur subsidiis manuscriptis in bibliotheca Arna-Magnæana obviis, agmen ducere nobis visa est notissima & elegantis scripturæ membrana No. 132 in folio, complures continens historias islandicas, inter qvas Vigaglumi, Egilli Skallagrimii, Fimbogii robusti, qvorum

ordinem redigenda est." Ipse Torfæus in hocce judicio ferendo haud dubie vario modo hallucinatus est. Ponit nempe Gellerem anno MXXV undecim annos natum haud legationi obeundæ fuisse maturum. Sed anno MXXV Geller erat duodecennis, neqve legatione fungebatur sed obsidis loco ad regem mittebatur, deinde cum mandato regis, forte cum litteris ejus, ad patriam reversus est. Præterea sumit Torfæus, licet in narratione Snorrii subsistens, Thorkelem anno MXXV regem Olavum adiisse, id vero aperte repugnat Snorrio asserenti, qvod ipsi optimates in Islandia remanserint, filios vero suos ad regem miserint. In eadem pagina Torfæus miro errore Gellerem Arii Polyhistoris patrem nuncupaverat, licet satis constat Gellerem hujus Arii fuisse avum paternum.

editores ad ductum hujus codicis textum expresserunt, nec non Niali, cujus in lingvam latinam translatori inter alios codices ad manus fuit. Scripturæ specimen æri incisum exhibet Vitæ Egilli editio Hafniensis. Cæteroqvin de hujus codicis ætate, nostro judicio ad initium Seculi XIV[ti] referenda, orthographia, elegantia literarum & pretio, in universum consulantur, qvæ in prolegomenis ad dictas historias commemorata sunt. Historiam Laxdalensium in hoc codice folia 43, lectu interdum sat difficilia, complectentem exscripsit Ludimagister Hafniensis *Wium*, gente Islandus, exscriptum vero, anteqvam prelo comitteretur, cum ipsa membrana contulit vir reverendus *Gunnlaugus O. Oddsen*, Assessor Consistorialis & Ædis cathedralis Reykavicensis sacerdos, hucusque Stipendiarius Arna-Magnæanus. — Plenam & locupletem lectionis varietatem, qvalem sistunt aliæ historiæ, a nobis editæ, qvales sunt Niala & Eigla, subjungere haud e re visum est, gravioris vero momenti diversitates suppeditarunt nonnulla Manuscripta Arna-Magnæana ex. gr. Apographa chartacea in folio N°. 125 & 127, N°. 123, in capite 78[vo] hujus editionis desinens, nec non N°. 124, juxta Arnam Magnæum ex fragmento membranaceo, nonnulla Gretlæ & Eyrbyggiæ continente, nunc vero deperdito, tradux. Rarius consultum ivimus fragmentum historiæ nostræ, qvod occurrit in membrana N°. 128, medio Sec. XVII[timo] scripta, (vid. *Eigla* Præf. p. XIV. *Vatnsdælasaga* Præf. p. XVI.) sed, Arna-Magnæo judice, antiqvioris codicis progenie. Nonnulla vero apographa chartacea sub. N°. 158 in folio & N°. 441, in qvarto omnino

neglecta esse minus dolemus, qvam infortunium, qvo nobis, dum textus prelo præpararetur, latuere 4 folia membranacea (No. 162) antiqva & eleganti manu scripta.

Narrationi de rebus Laxdölensium subjunximus historiolam de Gunnaro Thidrandicida. Brevis ista narratio vel eadem est, qvæ nomine Niardvikingasagæ citatur p. 296, vel ejusdem cum ista historia argumenti. Legitur integra cum nonnullis additamentis et variationibus in prolixiore recensione historiæ de filiis Droplaugæ*) nondum edita. Totus narrationis tenor fidem sibi postulat, atqve scriptorem arguit sæculo duodecimo haud juniorem. Ad Textum concinnandum usi sumus apographis chartaceis No. 144 & 158 in Folio.

Versionem latinam elaboravit vir ingeniosissimus *Th. G. Repp,* nunc Subpræfectus Bibliothecæ Edinburgensis Jurisconsultorum, qvæ The *Advocates Library* vulgo appellatur, et ad textum propius accommodare studuit laudatus Assessor *Oddsen,* cujus de hac Editione meritis jure qvoqve annumerari debet sollertia, qva correctoris partibus functus est. — Deniqve indicibus accurate conscribendis, Thorgerus Gudmundi, Sacri Ministerii Candidatus, Stipendiarius Legati Arnæ-Magnæani, antiqvitatumqve patriæ studiosus, operam dedit.

Scriptum Hafniæ, d. 30 Sept. 1826.


Monrad. Schlegel. B. Thorlacius. Werlauff. P. E. Müller. Finn Magnusen.

G. J. Thorkelin.

*) vid. Sagabibliothek 1 D. S. 145, 86-87; in versione hujus libri germanica p. 104, 63.

LAXDÆLA-SAGA.

HISTORIA LAXDÖLENSIUM.



CAP. 1.

Ketill Flatnefr hét madr, sonr Biarnar Bunu, hann var hersir ríkr í Noregi ok kynstórr, hann bió í Raumsdal í Raumsdælafylki, þat er milli Sunnmærar ok Nordmærar. Ketill Flatnefr átti Yngvildi dóttur Ketils Vedurs agiæts manns, þeirra börn voru V., hét einn Biörn enn austræni, annar Helgi Biólan, Þórunn Hyrna hét dóttir Ketils, er átti Helgi enn magri, son Eyvindar Austmanns ok Raförtu dóttur Kiarfals Írakóngs. Unnr en diúpaudga var enn dóttir Ketils er átti Olafr hvíti Ingiallds son, Fróda sonar ens frækna er Svertlíngar drápu. Jórunn Mannvitsbrecka hét enn dóttir Ketils, hún var módir Ketils hins fíflska er nam land í Kirkiubæ, hans son var Ásbiörn, fadir Þorsteins, födur Surts, födur Sighvats Lögsögumanz.

CAP. 2.

Á ofanverdum dögum Ketils hófst ríki Haralds kóngs ens hárfagra, sva at eingi fylkiskóngr þreifst í landinu né annat stórmenni, nema hann rédi einn nafnbótum þeirra; en er Ketill frétti þetta, at Haraldr kóngr hafdi hönum slíkan kost ætlat sem ödrum ríkis mönnum at hafa frændur sína ubætta en gérr þó at leigu-manni siálfr sídan, stefnir hann þíng vid frændur sína, ok hóf sva mál sitt: kunnig hafa ydur verit skipti



CAP. I.

Ketillus Flatnefus (*Silus*) *erat nomen viro, qvi Bjarni Bunæ* (*fluenti prosilientis*, v. *rudipedis*) *filius, comes erat in Norvagia dives atqve nobilis. Ille Raumsdali in tractu Raumsdalensi, qvi locus Nordmariam atqve Sunnmariam interjacet, habitabat. Ketillo Flatnefo uxor erat Yngvilda, præclari viri Ketilli Veduris filia; qvinqve erant illis liberi: uni Ketilli filio nomen erat Björn Austrænus; alteri Helgius Bjolan; filia erat Ketillo, qvæ Thorunna Hyrna* (*cornuta*) *nominata, Helgio Magro* (*macello*) *filio Eyvindi Austmanni atqve Rafartæ Kjarfali Hiberniæ Regis filiæ nupta erat. Unnura Diupaudga* (*prædives*) *etiam erat Ketilli filia, qvam Olaus Hvitus* (*Albus*) *Ingjaldi filius, cujus patrem Frothonem Frækinum Svertlingi interfecere, in matrimonio habebat. Jorunna Mannvitsbrekka Ketilli qvoqve filia erat, illa erat mater Ketilli Fiflski* (*stulti*) *qvi Kyrkjubaji terram occupavit, huic erat filius Asbjörnus Thorsteini pater, Thorsteino erat Surtus, Surto vero Sighvatus jurisconsultus, filius.*

CAP. II.

Cum Ketillus Flatnefus natu jamgrandior esset, Haraldus Harfagrus (*Pulchricomus*) *rerum potiri coepit, tum nec Fylkjorum*) reges*

*) *Minutula Norvagiæ regna* & *illa tamen independentia vix ullo nisi forte interdum militaris foederis vinculo inter se juncta* Fylki *vocata sunt. Vox a* Folk *sive* Flockr *derivata* (*gens sive grex*); Fylkiskóngr *paene per* Regem gentilem *reddere svadeo. Vehementer errant qvi tales provinciales Reges vocarunt.*

vor Haralds kóngs, ok þarf ei þau at inna, þvíat oss ber meiri naudsyn til at ráda um vandkvædi þau er vér eigum fyri höndum, sannvitadan hefi ek fjandskap Haralds kóngs til vor, sýnist mér sva at vér munum ei þadan traust fá, lítz mér sva sem oss séu II kostir gérvir at flýia land, edr vera drepnir hverr í sínu rúmi, er ek ok þess fúsari at hafa slíkan dauddaga sem frændur mínir, en eigi vil ek ydur leida í sva mikit vandkvædi med einrædi mínu, þvíat mér er kunnigt skaplyndi frænda minna ok vina at þér vilit ei vid oss skiliast þótt mannraun sé í nockur at fylgia mér. Biörn son Ketils svaradi: skiótt mun ek birta minn vilia, ek vil géra at dæmum göfigra manna ok flýia land þetta, þykjumst ek ecki af því vaxa, þótt ek bída heima þræla Haralds kóngs, ok ellti þeir oss af eignum vorum eda þiggia af þeim dauda med öllu. At þessu var görr gódr rómr ok þótti þetta drengiliga talat; þetta rád var bundit, at þeir mundu af landi fara, þvíat synir Ketils fýstu þessa miök, en eingi mællti í móti, Biörn ok Helgi villdu til Islands fara, þvíat þeir þótust þadan margt fýsiligt fregnt hafa, sögdu þar lands-kosti góda ok þurfti ecki fé at kaupa, kölludu vera hvalrek mikinn ok laxveidar, enn fiskastöd öllum missirum. Ketill sagdi: í þá veidistöd kem ek alldregi á gamals alldri; sagdi Ketill þá sína ætlan at hann var fúsari vestr um haf, qvadst þar virdast gott, voru hönum þar vída lönd kunnig, þvíat hann hafdi þar vída herjat.

CAP. 3.

Eptir þetta hafdi Ketill bod ágætt, þá gipti hann Þórunni Hyrnu dóttur sína Helga hinum magra, sem fyrr var ritat. Eptir þat býr Ketill ferd sina or landi vestr um haf; Unnr dóttir hans fór med hönum

nec magnatum aliqvis in Norvagia subsistere potuere, nisi ille solus honorum esset arbiter. Cum autem Ketillus audiret eandem sibi atqve aliis magnatibus ab Haraldo conditionem parari: ut cognatorum cædes non expiarentur & ipse tamen subjiceretur, propinqvorum conventu convocato, ita exorsus est. Nota est vobis Haraldi erga nos procedendi ratio, neqve opus est eandem repetere, graviore premente necessitate evitandi instantis periculi; satis compertum habeo regis Haraldi in nos odium, nec multa mihi ab eo videtur subsidii spes; duas igiturconditiones nobis restare sentio: aut in exilium eundi, aut in suo qvemqve loco interfectum iri; etiam hoc magis svadet animus ut eandem qvam cæteri mei cognati mortem subeam, nolo tamen insolentiâ meâ vos tanto periculo implicare, novi enim propinqvorum atqve amicorum meorum animum, vosqve me etiam in nonnullo periculo haud deserturos. Björn Ketilli filius ita respondebat. Cito ego meam sententiam revelabo; ego enim nobilium virorum exempla seqvens, hanc terram relinqvam, nec honoris incrementum inde me accepturum puto si Regis Haraldi servos domi exspectem, illiqve nos a nostris possessionibus profligent, aut nos ab illis morti tradamur. Hanc in sententiam plurimi pedibus ivere, idqve uti virum deceret dictum judicarunt, atqve istud consilium exilii subeundi receptum est, Ketilli filiis multum adhortantibus, nec ullo resistente. Björn et Helgius Islandiam petendam censuerunt, inde enim multa læta sese exaudisse dixerunt: terræ enim indolem bonam esse, nec opus emendo pecori, freqventes balenas in terram propelli, et captari salmones, omni vero anni tempore ibi capturam esse piscium. Ketillus dixit: piscatoria hæc loca nunqvam ego, qvi ætate ita sim provectus, invisam. Id sibi in animo esse Ketillus affirmavit: potius occidentalia maria peragrare, ibi enim bene esse, notasqve sibi plurimas regiones, cum ea loca late armis infestasset.

CAP. III.

Postea Ketillus magnum instituit convivium, et filiam suam Thorunnam Hyrnam Helgio Magro in matrimonium dedit, uti antea dictum est. Tum Ketillus iter suum in occidentale mare parat. Filia sua

ok margir adrir frændur hans. Synir Ketils héldu þat sama sumar til Islands og Helgi Magri mágr þeirra. Biörn Ketilsson kom skipi sínu vestr í Breidafiörd ok sigldi inn eptir firdinum ok nærr hinu sydra landinu þar til er fiördr skarst inn í landit, en fjall hátt stód á nesinu fyri innan fiördinn, en ey lá skamt frá landinu, Biörn segir at þeir mundu eiga þar dvöl nockura. Biörn geck á land upp medr nockura menn ok reikadi framm med siónum, var þar skamt milli fjalls ok fjöru, hönum þótti þar byggiligt, þar fann Biörn reknar öndvegis-súlur sínar í einni vík, þótti þeim þá ávísat um bústadinn. Sídan nam Biörn sér þar land allt á millum *Staf-ár* ok Hraunfiardar ok bió þar er sídan heitir í Biarnarhöfn, hann var kalladr Biörn enn austræni; hans kona var Giaflaug dóttir Kiallaks ens gamla, þeirra synir voru þeir Ottar ok Kiallakr, hans son var Þórgrímr fadir Víga Styrs ok Vermundar, enn dóttir Kiallaks hét Helga, hana átti Vestarr á Eyri son Þórólfs Blödruskalla, er nam Eyri, þeirra son var Þorlákr fadir Steinþórs á Eyri. Helgi Biólan kom skipi sínu fyri sunnan land ok nam Kialarnes allt á milli Kollafiardar ok Hvalfiardar ok bió at Esjubergi til elli. Helgi kom skipi sínu fyri nordan land ok nam Eyiafiörd allan ámilli Sigluness ok Reynisness ok bió í Kristnesi, frá þeim Helga og Þórunni er komit Eyfirdínga kyn.

CAP. 4.

Ketill Flatnefr kom skipi sínu vid Skotland, ok féck gódar vidtökur af tignum mönnum, þvíat hann var frægr madr ok stórættadr ok budu hönum þann rádakost þar, sem hann vildi hafa. Ketill stadfestist þar ok annat frændlid hans, nema Þorsteinn dótturson hans, hann lagdist þegar í hernad ok heriadi vída um Skotland ok féck jafnan sigr, sídan gördi hann sætt vid Skotta konúng ok eignadist hálft Skotland, ok vard konúngr yfir, hann átti Þurídi Eyvindar dóttur systur Helga ens magra,

Unnura permultiqve alii illius propinqvi eum secuti sunt. Eadem æstate Ketilli filii comitante sororis marito Helgio Magro Islandiam petebant. Björn Ketilli filius navi occidentem versus in Breidafjordum vectus, australem sinus oram legens, usqve dum alius sinus illi oram præsecaret; celsum autem intra sinum erat promontorium; ibi erat insula haud procul a continente. Ibi aliqvantum commoraturum Björn se cum comitibus affirmavit. Tum in terram cum paucis egressus in littore vagatus est; ibi parum spatii littora atqve montes interjacebat; locaqve visa ad habitandum apta; illic in minore qvodam sinu columnas supremæ sedis in terram ejectas Björn invenit; qvæ res futurum habitaculum satis indicare videbatur. Tum Björn totam illam terram, qvæ fluvium Staf atqve Hraunfjördum interjacet, occupavit, atqve in eo loco, qvi Bjarnarhöfn postea dictus est, sedem fixit. Hic Björn Austrænus cognomine vocatus est, illius uxor erat Gjaflauga, filia Kjallaki Gamli, eorum filii erant Ottarus & Kjallakus, hujus filius vero Thorgrimus Vigastyris & Vermundi pater. Kjallaki filia, nomine Helga, nupta erat Vestaro Eyrensi, filio Thorolfi Blödruskalli, qvi Eyram occupavit. Vestari atqve Helgæ filius erat Thorlakus, Steinthoris Eyrensis pater. Helgius Bjólan ad australem Islandiæ oram advectus, totam Kjalarnesiam, Kollafjördum inter atqve Hvalfjördum occupans, ætate jam grandis Esjubergi habitavit. Helgius Magrus boreali terræ navi appulsa totum Eyafjördum inter Siglunesum atqve Reykjanesum sub suam ditionem redegit atqve Kristnesi habitavit. Ab Helgio atqve Thorunna Eyfjordenses oriundi sunt.

CAP. IV.

Ketillus Flatnefus ad Scotiam adpellens, benigne a nobilioribus exceptus est; erat enim vir & per se, & stirpe illustris itaqve illi eas offerebant conditiones qvas ipse eligeret. Ketillus illic sedem fixit cum coeteris suis propinqvis, Thorsteino nepote suo excepto; qui bellorum cupidus Scotiamqve late infestans, victor semper evasit. Tum foedere cum rege Scotorum icto, dimidium terræ obtinuit atqve rex creatus est; ille Thuridam Eyvindi filiam, Helgii Magri sororem, in matrimonio habuit,

Skottar héldu ei lengi sættina þvíat þeir sviku hann í trygd. Sva segir Ari Þorgilsson enn fródi um líflát Þorsteins at hann féll á Katanesi. Unnr diúpaudga var á Katanesi er Þorsteinn féll son hennar, ok er hún frá þat at Þorsteinn var látinn, en fadir hennar andadr, þá þóttist hún þar einga uppreist fá mundu. Eptir þat lætr hún göra knörr í skógi á laun, ok er skipit var algört þá bió hún skipit ok hafdi aud fiár, hún hafdi í brott med sér allt frændlid sitt þat er á lífi var, ok þykiast menn varla dæmi til vita, at einn kvennmadr hafi komist í brott or þvílíkum ófridi med jamnmiklu fé ok föruneyti, má af því marka at hún var mikit afbragd annarra kvenna. Unnur hafdi ok med sér marga þá menn er mikils voru verdir ok stórættadir. Madr er nefndr Kollr er einna var mest verdr af föruneyti Unnar, kom þat mest til þess at hann var hersir at nafni. Sá madr var ok í ferd med Unni er Hördr hét, hann var enn stórættadr madr ok mikils verdr. Unnur heldr skipinu í Orkneyiar þegar er hún var búin; þar dvaldist hún litla hríd; þar gipti hún Gróu dóttur Þorsteins rauds, hún var módir Greiladar, er Þorfinnr jarl átti son Torf-Einars jarls, sonar Rögnvalds Mæra jarls, þeirra son var Lödver, fadir Sigurdar jarls, födur Þorfinns jarls, ok er þadan komit kyn Orkneyínga jarla. Eptir þat hélt Unnur skipi sínu til Færeyia, ok átti þar nockura dvöl, þar gipti hún adra dóttur Þorsteins, sú hét Olöf, þadan er komin sú ætt, er ágiætz er í því landi, er þeir kalla Götuskeggia.

CAP. 5.

Nú býst Unnr í brott or Færeyium ok lýsir því fyri skipverjum sínum at hún ætlar til Islands, hún hefir med sér Olaf Feilan son Þorsteins rauds ok systur hans þær úgiptar voru; eptir þat lætr hún í haf ok verdr vel reidfara, ok kemr skipi sínu fyri sunnan land á Vikrárskeid, þar brióta þau skipit í spón, menn allir héldust ok sva fé. Sídan fór hún á fund Helga bródur síns med XX menn, ok er hún

Scotis parum fidum foedus, nam dolo malo eum deceperunt. De Thorsteini morte id memorat Arius Spakus (multiscius) Thorgilis filius, qvod Katanesiæ interfectus sit. Unnura Djupaudga (prædives) tum erat Katanesiæ, qvando illius filius Thorsteinus occisus est, qvæ cum Thorsteinum mortuum audiret, sciretqve patrem diem obiisse, spe reficiendæ cladis ademta, navem in sylvâ occulte fabricari jussit, qvæ cum perfecta esset, paravit eandem ad iter, magnosqve thesauros collegit. Illa superstites omnes propinqvos secum avexit. Rarissimi exempli foemina, qvæ propria solum freta vi e terra tam infesta cum tantis gazis totqve comitibus aufugere posset, magnumqve hoc documentum est: qvantum illa sexum antecelluerit. Unnura etiam secum duxit viros honoratos atqve stirpis nobilis. Kollus erat nomen viro, qvi maximi fere habebatur inter Unnuræ comites. Id potissimum eo factum est, qvod ille Hersiris (comitis) dignitatem erat adeptus. Alius qvoqve vir nomine Hördus genere nobilis atqve præstans cum Unnura profectus est. Paratis ad iter necessariis Unnura versus Orcades cursum direxit, ibiqve brevi commorata Groam filiam Thorsteini Raudi nuptum dedit; illa erat mater Greiladæ qvam Thorfinnus comes filius Torfeinaris comitis atqve Rognvaldi Mœrarum comitis filii in matrimonio habebat. Illorum erat Lodverus filius Sigurdi comitis pater, cujus filius erat Thorfinnus comes, indeqve comitum orcadensium genus ortum est. Tum versus insulas Færeyas Unnura cursum flexit, ibiqve aliqvantum morabatur atqve aliam filiam Thorsteini Olavam nomine elocavit. Indeqve illa stirps, qvæ præstantissima in illa habetur terra, qvamqve Götuskeggii nominant, oriunda est.

CAP. V.

Jam Unnura ex Færeyis profectionem parat, nautisqve notum facit, sibi esse in animo ad Islandiam tendere. Olavum Feilan filium Thorsteini Raudi illiusqve sorores, qvæ adhuc nuptæ non essent, illa secum avexit. Postea in altum tendebat, prosperoqve usa itinere ad australem terræ (Islandiæ) partem in Vikurarskeidum navem adpulit, ibi vero navi confracta, mortalium atqve opum qvicqvid erat, servatum est;

kom þar geck hann á mót henni ok baud henni til sín vid X mann, hún svaradi reiduliga, ok kvadst ei vitat hafa at hann væri slíkt lítilmenni ok ferr í brott, ætlar hún nú at finna Biörn bródur sinn í Breidafirdi, ok er hann spyr til komu hennar, þá ferr hann í mót henni med fiölmenni ok fagnar henni vel, ok baud henni til sín med öllu lidi sínu, þvíat hann kunni veglyndi systur sinnar, þat líkadi henni allvel ok þackadi hönum stórmennsku sína. Hún var þar um vetrinn ok var veitt it stórmannligsta, þvíat efni vóru gnóg ok ecki látit fè til spara; ok um varit fór hún yfir Breidafiörd, ok kom at nesi nockuru ok átu þar dagverd, þat er sídann kallat Dögurdarnes, ok gengr þar af Medalfells-strönd, sídan hélt hún skipi sínu inn eptir Hvammsfirdi ok kom þar at nesi einu, ok átti þar dvöl nockura, þar tapadi Unnr kambi sínum, þar heitir sídan Kambsnes. Eptir þat fór hún um alla Breidafiardar dali, ok nam sér lönd sva vída sem hún vildi; sídan hélt Unnr skipi sínu í fiardar botninn, voru þar reknar á land öndvegis sùlur hennar, þótti henni þá audvitat hvar hún skylldi bústad taka. Hún lætr bæ reisa þar, er sídan heitir í Hvammi ok bió þar. Þat sama var er Unnr setti bú saman í Hvammi féck Kollr Þorgerdar dóttur Þorsteins Rauds, þat bod kostadi Unnr, lætr hún Þorgerdi heiman fylgia Laxárdal allan, ok setti hann þar bú saman fyri sunnan Laxá, var Kollr enn mesti tilkvæmdar-madr, þeirra son var Höskuldr.

CAP. 6.

Eptir þat gefr Unnr fleirum mönnum af landnámi sínu, Hörd, gaf hún Hördadal allan út til Skrámuhlaups-ár, hann bió á Hördabólstad ok var mikill merkis-madr ok kynsæll, hans son var Ásbiörn Audgi er bió í Örnólfsdal á Asbiarnarstödum, hann átti Þorbiörgu dóttur

tum Helgium fratrem adiit cum XX suorum; qvo ubi ventum est, frater illi obviam ivit & sororem cum X sociis invitavit; illa vero iracunde respondebat, negavitqve sibi notum fuisse illum talem esse homunculum, atqve sic abiit, Björnem fratrem suum in Breidafiördo conventura, qvi ubi sororis adventum comperit, cum multitudine hominum illi obviam it benigneqve excipit, eamqve ad se cum toto suo comitatu invitavit, ille enim sororis elatum animum noscebat. Hoc illi perbene placuit, gratiasqve egit fratri ob illius animi magnitudinem. Ibi per hyemem commorabatur in magnificentissimo hospitio, satis enim opum erat neqve pecuniæ parsitum est; vere autem Breidaffjördum trajecit atqve ad promontorium qvoddam adpulit; ibi cum sociis prandebat, unde loco Dagverdarnes (prandii promontorium) nomen inditum est, indeqve Medalfellsströnd (littus montis intermedii) extenditur, deinde navi Hvammsfjördum intravit ibiqve ad promontorium qvoddam appulit, paullum ibi commorata, ibidem Unnura pecten amisit, inde loco nomen Kambsnes (pectinis promontorium). Postea omnes valles Breidaffjördi peragravit, tantumqve terræ occupavit qvantum ipsi placuit. Tum vero navi in intima sinus advecta, supremæ sedis columnas in terram ejectas invenit. Jam haud amplius incertus locus futuri habitaculi. Illa villam ædificandam curavit in eo loco qvi postea Hvammus (patens ab una parte convallicula) nuncupatus est; ibiqve habitavit. Eodem vere, qvo Unnura habitaculum sibi construxit Hvammi, Kollus Thorgerdam filiam Thorsteini Raudi uxorem duxit; nuptiale illud convivium Unnuræ impensis peractum est. Illa Thorgerdæ totum Laxardalum (salmonum amnis vallem) pro dote dedit. Kollus habitaculum sibi struxit in eo loco qvi a fluvio Laxá versus meridiem est; illius erat permagna in consilio auctoritas. Filius illi erat Höskuldus.

CAP. VI.

Postea Unnura pluribus portionem terræ a se occupatæ concessit. Hördo totum Hördadalum usqve ad fluvium Skramuhlaupsá dedit. Ille Hördabolstadis habitavit; vir illustris felicisqve stirpis. Illius filius erat Asbjörn Audgi (dives) qvi in Örnolfsdalo Asbjarnarstadis habitavit.

Midfiardar Skeggia, þeirra dóttir var Ingibiörg, er átti Illugi hinn svarti, þeirra synir voru þeir Hermundr ok Gunnlaugr Ormstúnga, þat er kallat Gilsbeckinga kyn. Unnr mælti vid sína menn: nú skulu þér taka ömbun verka ydvarra, skortir oss nú ok ei faung til at gialda ydr starf ydvart ok gódvilia, en ydr er þat kunnigt at ék hefi frelsi gefit þeim manni, er Erpr heitir syni Melduns jarls, fór þat fiarri um sva stórættadan mann, at ék vilda at hann beri þræls nafn. Sídan gaf Unnr hönum Saudafells lönd á millum Túngu-ár ok Mid-ár, hans börn voru þau Ormr ok Ásgeirr, Gunnbiörn ok Halldís, er átti Dala-Álfr; Söckólfi gaf hún Söckólfsdal, ok bió hann þar til elli; Hundi hét madr lausíngi hennar, hann var skotskr at ætt, hönum gaf hún Hundadal. Ósk hét hin fiórda dóttir Þorsteins Rauds, hún var mödir Þorsteins Surts ens spaka er fann sumarauka. Þórhilldr hét en fimta dóttir Þorsteins, hún var módir Álfs í Dölum, telr margr kyn sitt til hans, hans dóttir var Þorgerdr kona Ara Márssonar á Reykianesi, Atlasonar ens skiálga ok Biargar Eyvindar dóttur, systur Helga hins magra, þadan eru komnir Reyknesíngar. Vigdís hét hin VI dóttir Þorsteins Rauds, þadan eru komnir Höfdamenn i Eyiafirdi.

CAP. 7.

Olafr Feilan var ýngstr barna Þorsteins, hann var mikill madr ok sterkr, frídr sýnum ok atgérvis-madr enn mesti, hann mat Unnr umfram alla menn ok lýsti því fyri mönnum at hún ætladi Olafi allar eignir eptir sinn dag í Hvammi. Unnr gerdiz þá miög ellimód, hún kallar til sín Olaf Feilan ok mælti: þat hefir mér komit í hug, frændi, at

Ille Thorbjörgam filiam Skeggii Midfjördensis in matrimonio habuit. Illorum filia erat Ingibjörga Illugi Svarti (Nigri) uxor. Horum vero filii erant Hermundus atqve Gunnlögus Ormstunga (Vermilingvis). Hæc stirps Gilsbeckingorum vocatur. Unnura tali modo suos affata est. Jam præmia operum accipietis, nec nobis jam desunt opes ad remuneranda opera vestra atqve benignitatem. Vobis vero notum est, me illi viro, cui nomen est Erpus, atqve comes Meldun fuit pater, libertatem dedisse, neqve ullo pacto volui, virum genere tam nobilem servi nomen retinere. Tum Unnura illi agrum totum Saudafellensem inter fluvium Tunguá atqve Midá donavit. Illius filii erant Ormus, Asgeirus, Gunbjörnus atqve Halldisa, qvam Dala-Alfus in matrimonio habuit. Söckolfo dedit Söckolfsdalum, ubi ille totam egit vitam. Unus ex illius libertis Hundus vocabatur, genere Scotus illi Hundadalum concessit. Qvartæ filiæ Thorsteini Raudi Osk erat nomen; illa erat mater Thorsteini Surti Sapientis, qvi septimanam indagavit qvæ certo tempore æstati adjicitur. Qvinta Thorsteino filia erat Thorhilda Alfi Dalensis mater; multi mortales ab eo genus repetunt. Illius filia erat Thorgerda, uxor Ari Mári filii Reykjanesensis, cujus pater erat Atlius Skjálgus (Pætus) & mater Bjarga filia Eyvindi, atqve Helgii macelli soror unde Reyknesingi oriundi. Vigdisa erat sexta filia Thorsteini Raudi, unde Eyfjördensis illa stirps Höfdamannorum.

CAP. VII.

Olavus Feilan liberorum Thorsteini erat ætate minimus. Ille erat vir magnæ staturæ viribusqve prævalens, formæ venustate & omnis generis præstantia insignis; is apud Unnuram primum tenuit existimationis locum, palamqve fecit illa, se omnes opes qvæ Hvammi moriens relictura esset, illi testamento donaturam. Jam Unnuram cepit ingravescentis ætatis debilitas, tum Olavum Feilan ad se vocavit, eum sic allocuta: Id mihi in mentem venit, mi cognate! tibi jam esse inchoandam constantiorem vitæ rationem uxoremqve ducendam. Olavus hunc sermonem benigne excipiens, illius consilio, sese hac in re usurum fore affirma-

þú munir stadfesta rád þitt ok qvænaz, Oláfr tók því vel ok kvedst hennar forsiá hlýta mundu um þat mál. Unnr mælti: sva hefir ek helzt ætlat at bod þitt muni vera at álidnu sumri þessu, þvíat þá er audvelldaz at afla allra tilfánga, þvíat þat er nærr minni ætlan at vinir varir muni þá miög fiölmenna, þvíat ek ætla þessa veizlu sídast at búa, Olafr sagdi: þetta er vel mælt, en þeirrar einnar konu ætla ek at fá, at sú ræni þik hvarki fè né rádum. Þat sama haust féck Olafr Feilan Alfdísar, þeirra bod var í Hvammi. Unnr hafdi mikinn fékostnad fyrir veizlunni, þvíat hún lét vída bióda tignum mönnum or ödrum sveitum; hún baud Birni bródur sínum ok Helga bródur sínum Biólan, komu þeir fiölmennir, þar kom Dala Kollr mágr hennar ok Hördr or Hördadal ok mart annat stórmenni. Bodit var allfiölmennt ok kom þó hvergi nærr sva mart manna, sem Unnur hafdi bodit, fyrir því Eyfirdíngar áttu farveg lángan, elli sótti þá fast at Unni, sva at hún reis ecki upp fyrir midian dag, en hún lagdiz snemma nidr, eingum manni leyfdi hún, at sækia rád at sér þess á milli er hún fór at sofa á kvelldit ok hins, er hún var klædd, reiduliga svaradi hún ef noekurr spurdi at mætti hennar. Þann dag svaf Unnr í leingra lagi, enn þó var hún á fótum, er bodsmenn komu, ok geck á mót þeim ok fagnadi frændum sínum ok vinum med sæmd, kvad þá ástsamliga gert hafa er þeir höfdu sótt þángat lángan veg, nefni ek til þess Biörn ok Helga, ok öllum vil ek ydr þacka er hér erut komnir; sídan geck Unnr inn í skála ok sveit mikil med henni; og er skálinn var alskipadr fanst mönnum mikit um hversu veizla sú var skörulig; þá mælti Unnr: Biörn kved ek at þessu bródur minn ok Helga ok adra frændr vara ok vini: bólstad þenna med slíkum búnadi, sem nú megi þér siá sel ek í hendr Olafi frænda mínum til eignar ok forráda; eptir þat stód Unnr upp ok qvadst gánga mundu til þeirrar skemmu sem, hún var vön at sofa í, bad at þat skylldi hverr hafa at skemtan, sem þá væri

vit. Tum Unnura: hoc, inqvit, mihi imprimis erat propositum, ut nuptiale tuum convivium fieret sub finem hujus æstatis, tum enim facillime omnia apparatui necessaria comparantur; hoc quippe ad conjectantis opinionem proxime accedit, fore, ut nostri amici tum magna cum multitudine conveniant, hoc enim convivium mihi ultimum apparabitur. Tunc Olavus: pulchre, inqvit, dicis, verum eam solum ducere uxorem in animo est, qvæ te nec opibus nec auctoritate privet. Eodem autumno Olavus Feilan Alfdisam duxit uxorem. Nuptiale convivium Hvammi celebratum. Unnura multas opes convivio impendebat, qvippe qvæ complures viros nobiles ex diversis regionibus ad se invitasset; fratres nempe suos Björnem atqve Helgium Bjolan ad se evocavit, qvi magno comitatu stipati advenere. Eo qvoque venit Dalakollus gener illius (Unnuræ) & Hördus ex Hördadalo, multiqve alii magnates. Hocce convivium magna hominum freqventia concelebratum est, etsi homines multo pauciores, qvam Unnura evocaverat, convenerunt; longum enim erat iter Eyfjördensibus. Tum senectus Unnuram tantopere urgebat, ut ante meridiem non surgeret, mature vero iret cubitum; nemini sese consulendi ab eo tempore vesperi, qvo dormitum ivit ad illud usqve, qvo vestibus se induebat, unqvam fecit copiam; siqvis illam de valetudinis statu interrogaret, non respondebat absqve indignatione. Hoc die Unnura lectum tenuit solito aliqvanto diutius, verum tamen surrexerat ante adventum convivarum, iisqve ivit obviam, læte et comiter propinqvos atqve amicos excipiens amoris in se documentum laudans, qvod tantum viæ eo fuissent emensi; qvo nomine (ait) Björnem atqve Helgium nuncupo; vobisqve omnibus, qvotqvot huc advenistis, gratias ago; deinde Unnura coenaculum magno hominum coetu stipata ingrediebatur. Cum vero coenaculum convivis undiqve refertum esset, hoc omnes admirati, qvanta cum magnificentia id convivium instauratum esset. Tum Unnura: Hujus rei testes Björnem fratrem, Helgium, atqve alios propinqvos atqve amicos nostros, compello: qvod hocce domicilium tali qvali jam videtis apparatu ornatum Olavo cognato meo in manus trado, in possessionem atqve potestatem. His dictis, Unnura surgebat, idqve cubiculum sese adituram dixit ubi dormire soleret, rogans ut qvisqve eo uteretur oblec-

næst skapi, en mungát skyldi skemta alþýdunni. Sva segia menn at Unnr hafi bædi verit há ok þreklig, hún geck hart utar eptir skálanum, fundust mönnum ord um at konan var enn virdulig, drucku menn um kvelldit þángat til at mönnum þótti mál at sofa; en um daginn eptir geck Olafr Feilan til svefnstofu Audar frændkonu sinnar, ok er hann kom í stofuna, sat Unnr upp vid hægindin, hún var þá öndut, geck Olafr eptir þat í skálann ok sagdi tídendi þessi, þótti mönnum mikils um vert hversu Unnr hafdi haldit virdíngu sinni til dauda dags, var nú druckit allt saman, brullaup Olafs ok erfi Unnar, ok enn sídasta dag bodsins var Unnr flutt til haugs þess, er henni var búinn, hún var lögd í skip í hauginum, ok mikit fé var í haug lagt hiá henni, var eptir þat aptr kastadr haugrinn. Olafr tók þá vid búi í Hvammi ok allri fiárvardveizlu at rádi þeirra frænda sinna, er hann höfdu heim-sótt; en er veizluna þrýtr gefr Olafr stórmannligar giafir þeim mönnum, er þar vóru mest verdir, ádr á brott fóru. Olafr gerdiz ríkr madr ok höfdíngi mikill, hann bió í Hvammi til elli; börn þeirra Olafs ok Alfdísar var Þórdr Gellir er átti Hródnýiu dóttur Midfiardar Skeggja, þeirra synir voru Eyólfr grái, Þórarinn Fýlsenni, Þorkell Kuggi; dóttir Olafs Feilans var Þóra, er átti Þorsteinn Þoskabítr, son Þórólfs Mostrarskeggs, þeirra synir voru Börkr enn digri ok Þorgrímr, fadir Snorra Goda. Helga hét önnur dóttir Olafs, hana átti Gunnarr Hlífarson, þeirra dætur voru Jófrídr er átti Þóroddr son Túngu-Odds, en sídan Þorsteinn Egilsson, Þórunn hét enn dóttir hans, hana átti Hersteinn son Þorkels Blundketils sonar. Þórdís hét hin þridia dóttir Olafs, hana átti Þórarinn Ragabródir lögsögumadr. Í þenna tíma er Olafr bió í Hvammi tekr Dala-Kollr mágr hans sótt ok andadiz, Höskuldr son Kolls var á úngum

tamento qvod svaderet animus, vulgus vero mulsi deliciis exhilararetur. Ferunt Unnuram fuisse procero atqve toroso corpore, qvæ cum vehementius coenaculo egrederetur, convivæ dignitatem mulieris jam tum conspicuam admirabantur. Deinde vino indulgebant donec cubitum eundi adesse tempus visum est. Postridie vero Olavus dormitorium Auduræ) adiit cubiculumqve ingressus Unnuram ad pulvinar reclinatam deprehendebat & tum qvidem mortuam. Olavus vero in coenaculum rediens hanc rem narravit, admirabantur autem omnes, qvod Unnura usqve ad extremum vitæ dignitatem retinuisset. Tum nuptiale Olavi & funebre Unnuræ simul coelebratum convivium; ultimaqve convivii die Unnura ad tumulum ipsi factum efferebatur; navigio in tumulo imposita, magnaqve opum apposita vis, postea tumulus congesta humo clausus. Deinde Olavus rem familiarem Hvammi omniumqve rerum administrationem, auctoribus cognatis suis, qvi ipsum inviserant, capessivit. Finito vero convivio Olavus qvemlibet existimatione præcellentem inter convivas anteqvam abiret magnificis donavit muneribus. Olavus potentia atqve auctoritate illustris evasit & Hvammi usqve ad senectutem habitaculum tenuit. Hi erant liberi Olavi atqve Alfdisæ: Thordus Gellirus qvi Hrodnyam Skeggii Midfjördensis filiam in matrimonio habuit; Horum filii erant, Eyolfus Gráus (Glaucus), Thorarinus Fylsenni (Eborifrons) & Thorkillus Kuggius. Filia Olavi Feilanis erat Thora, Thorsteini Thorskabiti (asellorum captatoris), filii Thorolfi Mostrarskeggii, uxor; Illorum filii erant Börkus Digrus (Crassus) atqve Thorgrimus Snorronis Pontificis pater. Helga altera filia Olavi nuncupata est, illam Gunnarus Hlifaris filius in matrimonio habuit. Horum filiæ erant: Jofrida, primum Thoroddi Tunguoddi filii deinceps Thorsteini Egilli filii conjux; atqve Thorunna uxor Hersteinis Thorkilli filii, cujus pater erat Blundketillus. Tertia filia Olavi erat Thordisa, qvam Thorarinus Ragabrodir (Ragî frater), Legifer habuit in matrimonio. Eo tempore qvo Olavus Hvammi habitabat, Dalakollus, qvocum erat affinitate conjunctus, in morbum incidit indeqve moriebatur. Höskul-*

*) Audr *etiam in Eyrbyggia ubique vocatur, in Njala vero* Udr.

aldri er fadir hans andadist, hann var fyrr fullkominn at hyggiu enn vetra tölu. Höskuldr var vænn madr ok gerviligr; hann tók vid födrleifd sinni ok búi, er sá bærr vid hann kendr, er Kollr hafdi búit á, hann var kalladr sídan á Höskuldsstödum; brátt var Höskuldr vinsæll í búi sínu, þvíat margar stodir runnu undir, bædi frændr ok vinir, er Kollr fadir hans hafdi sér aflat; en Þorgerdr Þorsteins dóttir módir Höskuldar var þá enn úng kona ok en vænsta kona, hún nam ei yndi á Islandi eptir dauda Kolls, lýsir hún því fyrir Höskuldi syni sínum at hún vill fara utan med fiárlut þann, sem hún hlaut, Höskuldr qvad þat mikit þykia, ef þau skulu skilia, en qvadst þó ei mundu þetta gera at mót henni heldr enn annat; sídan kaupir Höskuldr skip hálft til handa módur sinni, er uppi stód í Dögurdarnesi, rédst Þorgerdr þar til skips med miklum fiárhlutum, en eptir þat siglir Þorgerdr á haf, ok verdr skip þat vel reidfara, ok kemr vid Norveg. Þorgerdr átti í Norvegi mikit ætterni ok marga göfiga frændr, þeir fögnudu henni vel, ok budu henni alla hluti þá sem hún vildi med þeim þiggia; en Þorgerdr tók því vel, ok segir at þat sé hennar ætlan at stadfestast þar í landi. Þorgerdr var ei lengi eckia ádr madr vard til at bidia hennar, sá er nefndr Herjólfr, hann var lendr madr at virdíngu, audigr ok mikils verdr. Herjólfr var mikill madr ok sterkr, ecki var hann frídr madr sýnum ok þó enn sköruligsti í yfirbragdi, allra manna var hann bezt vígr, ok er at þessum málum var setit átti Þorgerdr svör at veita, er hún var eckia, ok med frænda sinna rádi veikst hún ei undan þessum rádahag, ok giptist Þorgerdr Herjólfi ok fer heim til búss med hönum, takast med þeim gódar ástir, sýnir Þorgerdr þat brátt af sér at hún er enn mesti skörúngr, þykir rádahagr hans nú miklu betri enn ádr ok virduligri, er hann hefir fengit slíkrar konu sem Þorgerdr var.

dus filius Dalakolli erat adhuc adolescens cum pater moreretur, maturior tamen ingenio qvam annis. Höskulus erat vir venustus augustoque corporis habitu; ille patrimonium suum remqve familiarem capessivit; idqve prædium, ubi Kollius habitaverat, ab illo trahebat nomen, qvippeqvod Hoskuldstadir deinde nominaretur. Höskuldus in negotiis domesticis multorum amicitia utebatur, qvippe qvi multis columinibus rei familiaris, tam cognatis qvam amicis, niteretur, qvos pater Kollus sibi adjunxerat, Thorgerda vero Thorsteinis filia, mater Höskuldi, ætate jam florenti, formaqve venustissima, post mortem Kolli Islandiæ pertæsa, Höskuldi filio aperit, velle se peregre proficisci cum opibus, qvas sortita fuisset; Höskuldus hoc quidem, uti alia, ipsius animo gratificaturum se profitetur, qvamvis plurimum doloris ejus discessus sibi afferret. Emta deinde navi dimidia, qvæ Dögurdarnesi stationem tenebat, Thorgerda magnis cum opibus ad navem se confert; post altum petit, felicique usa navigatione navim ad Norvagiam appellit. Thorgerda familiam magnam multosqve nobiles cognatos in Norvagia habuit, qvi eam comiter excipientes qvævis offerebant, quæ ab ipsis vellet accipere. Thorgerda, qvæ offerebantur, grato animo accepit, aitqve, sibi esse in animo ibi fixam sedem eligere. Thorgerda non diu vidua erat, anteqvam vir qvidam eam ambiret nomine Herjolfus, homo dignitate præfecti, opulentia et bona existimatione clarus. Is corpore erat procero atqve robusto, aspectu non pulchro, verum vultu virili dignitate quam maxime conspicuo; peritiâ armorum plurimos homines antecellebat. Thorgerdæ, cum de hac re ageretur, utpote viduæ, erat responsum dare, atqve consultis cognatis conditionem non detrectavit, inito itaque cum Herjolfo matrimonio, cum eo domum profecta, rem familiarem capessit, mutuus amor inter eos incaluit; Thorgerda mox generosæ indolis documenta exhibet; Herjolfi vero conditio multo qvam antea melior atqvenobilior visa, cum talem nactus esset uxorem, qvalis erat Thorgerda.

CAP. 8.

Þau Herjólfr ok Þorgerdr höfdu ei lengi ásamt verit ádr þeim vard sonar audit, sá sveinn var vatni ausinn ok nafn gefit, ok var kalladr Hrútr, hann var snemmindis mikill ok sterkr er hann óx upp, var hann ok hverium manni betri vexti, hárr ok herdibreidr, mídmiórr ok limadr vel med höndum ok fótum. Hrútr var allra manna frídastr sýnum, eptir því sem verit höfdu Þorsteinn módurfadir hans edr Ketill Flatnefr, enn mesti var hann atgervismadr fyrir allra hluta sakir. Herjólfr tók sótt ok andadiz, þat þótti mönnum mikill skadi, eptir þat fýstiz Þorgerdr til Íslands, ok vildi vitia Höskulldar sonar síns, þvíat hún unni hönum um alla menn fram, en Rútr var eptir med frændum sínum vel settr. Þorgerdr bió ferd sína til Íslands ok sækir heim Höskuld son sinn í Laxár dal, hann tók sem hann kunni bezt vid módur sinni, átti hún aud fiár, ok var med Höskulldi til daudadags. Nockurum vetrum sídar tók Þorgerdr bana-sótt ok andadiz, ok var hún í haug sett, en Höskuldr tók fé allt, enn Rútr baud hann bródir hans átti hálft.

CAP. 9.

Þenna tíma réd Norvegi Hákon Adalsteinsfóstri, Höskuldr var hirdmadr hans, var hann nafnfrægr madr bædi í Norvegi ok á Islandi. Biörn hét madr, hann bió í Biarnarfirdi ok nam þar land, vid hann er kendr sá fiördr (er) skerst í land-nordr frá Steingrímsfirdi, ok gengr þar framm háls í milli. Biörn var stórættadr madr, ok audigr at fé, Liúfa hét kona hans, þeirra dóttir var Jórunn, hún var væn kona ok ofláti mikill, hún var ok skörúngr mikill í vitsmunum. Sá þótti þá kostr beztr

CAP. VIII.

Haud longam in matrimonio vitam Herjolfus atqve Thorgerda egerant, cum filium nanciscerentur. Huic filio aqva superfusa est nomenque inditum; Hrutus nempe nuncupatus est. Adolescentis jam ætate robur atqve magnam staturam sortitus est, simulqve habitus erat corporis pulcherrimus, erat enim procero corpore humerisqve latis, medio corporis graciliore & qvoad pedes & manus bene formatus. Hrutus multum venustate excellebat, qvemadmodum avus suus maternus Thorsteinus, vel Ketillus Flatnefus; qvoad omnia habitus illi erat insignis. Herjolfus morbo correptus moriebatur non sine multo hominum luctu. Tum Thorgerdam desiderium cepit Islandiæ repetendæ, visendiqve Höskuldi filii, qvippe qvem præ omnibus diligeret mortalibus; Hrutus vero apud propinqvos in bona conditione remansit. Thorgerda iter ad Islandiam parat, filiumqve Höskuldum in Laxardalo habitantem revisit; ille matrem qvam potuit delicatissime excepit, quæ deinceps, magna opum vi pollens, cum filio ad mortis diem degit. Post aliqvot hiemes Thorgerda lethali morbo affecta moritur, tumuloque conditur, Höskuldus vero omnes capit opes, qvarum dimidia pars ad Hrutum fratrem pertinebat.

CAP. IX.

Hoc tempore Norvagiæ præerat Haco Adalsteini alumnus, cujus in aula Höskuldus egerat, magnamqve sibi famam tam in Norvegia qvam in Islandia conciliaverat. Vir qvidam nomine Biörn regionem in Biarnarfiördo occupaverat, ibiqve habitavit, ex ejus nomine denominatus est sinus ille maris, qvi versus evroboream plagam a Steingrimsfiördo in terram sese insinuat, monticulo oblongo inter sinus procurrente. Biörn nobili genere erat, opibus dives, ei uxor erat nomine Liufa, filia Jorunna, qvæ venustati formæ altos spiritus, prudentiæ generositatem indolis adjunxit. Illa virgo per totos Vestfjödos longe præstantis-

í öllum Vestfjördum; af þessari konu hefir Höskuldr fréttir, ok þat med at Biörn var beztr bóndi á öllum Ströndum. Höskuldr reid heiman med X manna, ok sækir heim Biörn bónda i Biarnarfirdi, Höskuldr féck þar gódar vidtökur, þvíat Biörn kunni gód skil á hönum. Sídan vekr Höskuldr bónord, en Biörn svarar því vel, ok qvedst þat hyggia at dóttur hans mundi ei vera betr gipt, en veik þó til hennarr ráda; en er þetta mál vár vid Jórunni rædt, þá svarar hún á þá leid: þann einn spurdaga höfum vér til þín Höskuldr, at vér vilium þessu vel svara, þvíat vér hyggium at fyri þeirri konu sé vel sét er þér er gipt, enn þó mun fadir minn mestu af ráda, þvíat ek mun því samþyckiast hér um, sem hann vill; en hvart sem at þessum málum var setit lengr edr skemr þá vard þat af rádit, at Jórunn var föstnud Höskuldi med miklu fé, skyldi brullaup þat vera á Höskuldsstödum, rídr Höskuldr nú í brott vid sva búit ok heim til búss síns, ok er nú heima til þess er bod þetta skyldi vera, sækir Biörn nordan til bodsins med frídu föruneyti, Höskuldr hefir ok marga fyrir bodsmenn, bædi vini sína ok frændr, ok er veizla þessi hin sköruligsta; en er veizluna þraut, þá ferr hverr heim til sinna heimkynna med gódri vináttu ok sæmiligum giöfum. Jórunn Biarnar dóttir sitr eptir á Höskuldsstödum, ok tekr vid bússumsýslu med Höskuldi, var þat brátt audsét á hennar högum at hún mundi vera vitr ok vel at sér ok mart vel kunnandi ok heldr skapstór jamnan, vel var um samfarir þeirra Höskuldar ok ecki mart hvers dagliga. Höskuldr geriz nú höfdíngi mikill, hann var ríkr ok kappsamr, og skorti ei fé, þótti hann i eingan stad minni fyri sér enn Kollr fadir hans. Höskuldr ok Jórunn höfdu ei lengi ásamt verit ádr þeim vard barna audit, son þeirra var nefndr Þorleikr, hann var elztr barna þeirra, annarr hét Bárdr, dóttir

sima habebatur, cujus fama ubi ad aures Höskuldi pervenit, simulqve Biörnem esse omnium incolarum Strandensium, hominem re lautissima, domo cum decem viris eqvo vehitur atqve Biörnem rusticum Biarnarfiördi visit, cui cum esset egregio nomine cognitus, humanissime ab eo excipitur. Deinde Höskuldus de uxore ducenda sermonem instituit, qvem Biörn comiter excipiens, sibi qvidem ait eam esse mentem, filiam suam alii meliori non nupturam, se tamen hanc rem ipsius arbitrio relinqvere, de qva re cum apud Jorunnam ageretur, hunc in modum respondit: qvod de te, Höskulde, ad aures nostras fando pervenit, tale est, ut petitionem tuam non possimus non placidis auribus accipere, id enim persvasum habemus, illi uxori bene esse consultum, qvæ tecum matrimonio jungatur, verum tamen pater meus hac in re plurimum auctoritatis habebit, nam eius voluntati equidem consentiam. Verum his rebus agendis sive multum sive parum temporis datum fuerit, eo deniqve res pervenit, ut Jorunna Höskuldo desponderetur, magna adjecta dotali pecunia: id convivium ut Höskuldstadis fieret decretum est. Ita acta re, Höskuldus eqves proficiscitur prædium suum revisurus, jamqve domi manebat usqve ad tempus convivii. Björn a boreali ora advenit, splendente stipatus comitatu. Apud Höskuldum jam multi convenerant amici atqve cognati, eratqve convivium admodum magnificum. Soluto autem convivio, qvilibet ad sua rediit domicilia, amicitia se invicem proseqventes donisqve honorati. Jorunna Björnis filia Höskuldstadis remansit, cum Hösculdo rei familiaris curam amplexa; idqve brevi in illius agendi ratione manifestum se reddidit, qvod prudentia atqve bona educatio atqve multarum rerum ei inesset peritia, animus vero erat plerumqve fervidior. Höskuldus atqve illa felici matrimonii concordia utebantur, etsi qvotidie haud multa esst sermonum communicatio. Jam Höskuldus inter proceres habitus potenti & in rebus gerendis ardenti pecunia non defuit nec ullo in loco ille, dignitatem respicientibus, patri Kollo posthabitus est. Höskuldus atqve Jorunna haud longam egerant matrimonii vitam anteqvam liberos nanciscerentur. Filius illorum, qvi liberorum erat natu maximus, Thorleikus vocatus, alter Bardus. Filia

þeirra hét Hallgerdr lángbrók, önnr dóttir þeirra hét Þurídr, öll vóru börn þeirra efnilig. Þorleikr var mikill madr ok sterkr ok enn sýniligsti, fálátr ok óþýdr, þótti mönnum sem hann mundi verda eingi jamnadarmadr; Höskuldr sagdi þat jafnan at hann mundi miök líkiast í ætt þeirra Stranda-manna. Bárdr var sköruligr madr sýnum ok vel sterkr, þat bragd hafdi hann á sér sem hann mundi líkari verda födur frændum sínum. Bárdr var hægr madr í uppvexti sínum ok vinsæll madr, Höskuldr unni hönum mest allra barna sinna, stód nú rádahagr Höskuldar med miklum blóma ok virdíngu. Þenna tíma giti Höskuldr Gróu systur sína Veleifi gamla, þeirra son var Hólmgaungu-Bersi.

CAP. 10.

Hrappr hét madr er bió í Laxárdal fyri nordan ána, sá bærr hét sídan á Hrappsstödum, þar er nú audn. Hrappr var Sumarlida son og kalladr Víga-Hrappr, hann var skotskr at födr-ætt en módur-kyn hans var allt í Sudreyium, ok þar var hann fædingi, mikill madr var hann ok sterkr, ecki vildi hann láta sinn lut, þó manna munr væri nockurr, ok fyrir þat hann var ódæll, sem ritad var, en vildi þó ecki bæta þat er hann misgerdi, þá flýdi hanu vestrum haf ok keypti sér þá jörd er hann bió á; kona hans hét Vigdís, ok var Hallsteins dóttir, son þeirra hét Sumarlidi, bródir hennar hét Þorsteinn, surtr, er þá bió í Þórsnesi, sem fyrr var ritad, var þar Sumarlidi at fóstri, ok var enn efniligsti madr; Þorsteinn hafdi verit kvangadr, kona hans var þá öndut, dætur átti hann II. hét önnr Gudrídr en önnr Osk, Þorkell Trefill átti Gudrídi er bió í Svignaskardi, hann var höfdíngi mikill ok vitríngr, hann var Rauda-Biarnar son, en Osk dóttir Þorsteins var gefin breidfirzkum manni, sá hét Þórarinn, hann var hraustr ok vinsæll, ok var med Þorsteini mági sínum, þvíat Þorsteinn var þá hníg-

erat Hallgerda Langbrok (Procera Virago), altera Thurida; omnes liberi de qvibus magnam oonceperis spem. Thorleikus erat vir magnæ staturæ atqve robustus & conspectu augustus, parum loqvens nec blandus alloqventibus, erantqve homines, qvi iniqvum illum fore crederent. Sæpe Höskuldus affirmare auditus est: eum persimilem futurum genti Strandamannorum. Bardus erat forma virili viribusqve prævalens; is erat illius habitus, ut agnatis similiorem futurum facile crederes. In adolescentia erat Bardus homo qvietus, multorumqve amicitia florens. Illum Höskuldus omnium liberorum suorum carissimum habuit. Jam res Höskuldi atqve dignitas multum floruere. Hoc tempore Köskuldus sororem Groam Veleifo Gamlo (seni) nuptum dedit. Holmgaungu-Bersi (Bersi Duellator) erat illorum filius.

CAP. X.

Hrappus erat nomen viro, qvi in Laxardalo habitabat ad borealem ripam fluminis. Id prædium deinde Hrappsstadir nuncupatum; jam descrta ea loca sunt. Hrappus erat filius Sumarlidi, cognomen illi erat Vigahrappus (Hrappus occisor). Scotica erat paterna gens, maternum vero omne genus hebridense; atqve ibi illi erat natale solum; ille erat vir magnæ staturæ atqve fortis; etiam aliqvanto potentiori nunqvam facile cedebat eratqve pervicax, uti scriptum legitur, noluitqve malefacta expiare; itaqve fugiens, occidentalia maria peragravit idqve emit prædium qvod jam habebat; uxor nomine Vigdis erat filia Hallsteini; illorum filius Sumarlidius nominabatur. Uxorisfrater, Thorsteinus Surtus vocatus, tum Thorsnesi habitabat, uti antea memoratum est. Ibi Sumarlidius educatus, optimæ spei juvenis. Thorsteinus antea in matrimonio vixerat; tum vero uxor erat mortua; duæ illi fuere filiæ, qvarum una Gudrida altera Oska vocata est. Thorkellus Trefillus, qui Svignaskardi habitavit, Gudridam in matrimonio habebat; ille dignitate atqve sapientia multum excellebat; pater illi erat Raudabjarnius. Oska autem Thorsteini filia viro breidfjördensi, cui nomen Thorarinus, elocata est; ille erat vir strenuus atque carus populo et apud socerum Thorsteinum vitam degit, tum enim Thorstei-

inn ok þurfti umsýslu þeirra miök. Hrappr var flestum mönnum ecki skapfelldr, ok var hann ágángssamr vid nábúa sína, veik hann stundom á þat fyrir þeim, at þeim mundi þúngbýlt verda í nánd hönum ef þeir héldu nockurn annan fyrir betra mann enn hann; en bændr allir tóku eitt rád, at þeir fóru til Höskuldar, ok sögdu hönum sín vandrædi, Höskuldr bad sér segia ef Hrappr gerir þeim nockut mein, því hvartki skal hann ræna mik mönnum né fé.

CAP. 11.

Þórdr Goddi hét madr er bió í Laxárdal, hann var audmadr mikill, engi átti hann börn, keypt hafdi hann jörd þá er hann bió á, hann var nábúi Hrapps, ok féck opt þúngt af hönum Höskuldr sá um med hönum, sva at hann hélt bústad sínum; Vigdís hét kona hans ok var Ingialds dóttir Olafssonar Feilans, bródur-dóttir var hún Þórdar Gellis, en systur-dóttir Þórólfs raudnefs frá Saudafelli. Þórólfr var hetja mikil ok átti góda kosti, frændr hans gengu þángat jafnan til trausts. Vigdís var meirr gefin til fiár enn brautar-gengifs. Þórdr átti þræl þann er út kom med hönum, sá hét Ásgautr, hann var mikill madr ok gerviligr, en þótt hann væri þræll kalladr, þá máttu fáir taka hann til jafnadar vid sik, þótt friálsir hèti, ok vel kunni hann at þióna sínum meistara, fleiri átti Þórdr þræla þó at þessi sé einn nefndr. Þorbiörn hét madr, hann bió í Laxárdal it nærsta Þórdi upp frá bæ hans ok var kalladr skriúpr, audigr var hann at fé mest var þat í gulli ok silfri, mikill madr var hann vexti ok ramr at afli, eingi var hann veifiskati vid alþýdu manns. Höskuldi Dala-Kolls syni þótti þat ávant um rausn sína, at hönum þótti bærr sinn húsadr verr enn hann vildi. Sídan kaupir hann skip at hialtneskum manni, þat skip stód uppi í Blöndu-ósi, þat skip býr hann, ok lýsir því at hann ætlar utan, en Jórunn vardveitir bú ok börn þeirra; nú láta þeir í haf, ok gefr þeim vel, ok tóku Norveg helldr sunnarliga, komu vid Hördaland, þar

nus natu grandior illius opem in rei familiaris administratione admodum necessariam habuit. Hrappus plerisqve parum acceptus accolisqve iniqvus nonnunqvam hos sermones jactare auditus est: habitationem futuram gravem illis, qui sibi essent vicini, si qvem alium se præstantiorem haberent; omnes vero rustici idem consilium iniere: Höskuldum adeuntes deqve suis malis conqvesti sunt. Höskuldus, siqvid damnum illis a Hrappo inferretur, sibi nuntiari jussit simulqve adjecit: ille nec clientes nec pecunias mihi auferet.

CAP. XI.

Thordus Goddius nominatus est vir, qvi in Laxardalo habitabat, illi divitiarum abundantia, nulli vero erant liberi; prædium in qvo habitavit emerat. Hrappio accola sæpe ab illo injuria adfectus est, Höskuldi autem ope habitaculum suum retinuit. Vigdisa uxor ejus vocabatur filia Ingjaldi Olavi filii Feilanis; Thordi Gelliris ex fratre neptis & Thorolfi Raudnefi (Rufinasi) Saudafellensis neptis ex sorore. Thorolfus strenuitate insignis secundaqve usus fortuna, sæpe a propinqvis in auxilium qvæsitus. Vigdisa in matrimonium erat elocata divitiis magis pollens qvam speciosum. Thordo erat servus, qvem in Islandiam advexit secum, ei nomen Ausgautus; ille qvamqvam servus vocatus, tamen corpore erat magno atqve spectabili & multi sane nomine qvidem liberi se cum illo comparare parum potuere, bonamqve ille præstitit operam hero; plures qvidem erant Thordo servi, etsi hic solus memoratus est. Thorbjörnus erat viro nomen qvi in Laxardalo Thordo proximus atqve supra hujus prædium habitavit; illi erat Skriupus cognomentum; divitiarum illi magna copia, inprimis aurum atqve argentum; statura erat magna viresqve prævalentes, non erat profusa pecuniarum largitio erga vulgus hominum. Höskuldus hoc domesticam rem, cœtera florentem, laborare ratus, qvod prædium minus qvam ipsi placeret bene ædificatum esset, navim a viro Hjaltlandico coemtam, tumqve ad ostium fluminis Blœndæ in littore stantem ad iter præparavit palamqve fecit sese peregre profecturum, uxori Jorunnæ domesticam rem atqve liberos servandos relinqvens. Jam vela ventis dat & vento ferente secundo ad australem Norvegiæ oram appulit, atqve in Hör-

D 2

sem kaupstadrinn í Biörgyn er sídan, hann setr upp skip sitt, ok átti þar mikin frænda afla, þótt ei sé hér nefndir; þá sat Hákon kongr í Víkinni, Höskuldr fór ecki á fund Hákonar konúngs, þvíat frændr hans tóku vid hönum bádum höndum; var kyrt allan þann vetr.

CAP. 12.

Þat vard til tídenda um sumarit öndverdt at kongr fór í stefnu-leidángr austr í Brenneyiar, ok gerdi frid fyrir land sitt, eptir því sem lög stódu til, it þridja hvert sumar, sá fundr skyldi vera lagdr höfdíngia í milli, ok setia þeim málum, er konúngar áttu um at dæma, þat þótti skemtilig för at sækia þann fund, þvíat þángat komu menn nærr af öllum löndum þeim er vér höfum tídendi af. Höskuldr setti fram skip sitt, vildi hann ok sækia fund þenna, þvíat hann hafdi ei fundit kóng á þeim vetri, þángat var ok kaupstefnu at sækia. Fundr þessi var allfiölmennr, þar var skemtan míkil, dryckiur ok leikar ok alskyns gledi, ecki vard þar stórt til tídenda, marga hitti Höskuldr þar frændr sína þá sem í Danmörku vóru. Ok einn dag er Höskuldr geck at skemta sér med nockura menn, sá hann tiald eitt skrautligt fiarri ödrum búdunum, Höskuldr geck þángat ok í tialdit, ok sat þar madr fyrir í gudvefiar-klædum, ok hafdi gerzkan hatt á höfdi. Höskuldr spurdi þann mann at nafni? hann nefndiz Gilli enn gerzki. Höskuldr qvadst opt hafa heyrt hans getit, kalladi hann þeirra manna audgastan sem verit höfdu í kaupmanna lögum; þá mælti Höskuldr: þú munt hafa þá luti at selia oss, er vér vilium kaupa? Gilli spyrr hvat þeir vilia kaupa? förunautar Höskuldar segia, at hann vill kaupa ambátt nockura, ef þú hefir at selia. Gilli segir: þar þykist þér leita mér meinfánga um þetta, er þér falit þá luti, er þér ætlit at ek muna ei til hafa, en þat er þó ei rádit hvart sva berr til. Höskuldr sá at um þvera búdina

dalandia egressus, ubi postea oppidum Björgyn situm est, naviqve subtracta multos ibi cognatos licet hic non nominatos convenit. Tum in Vikia rex Hakon residebat. Höskuldus Hakonem regem non convenit, erat enim propinqvis magnopere acceptus. Ita silentio hanc hyemem transegit.

CAP. XII.

Initio æstatis id novæ rei accidit, ut rex, expeditionem navalem instituens ad conventum in Brenneyis celebrandum, orientem versus, proficisceretur, ut foedus pro suo regno renovaret, qvod tum tertia qvavis æstate secundum leges fiebat. Hic conventus inter principes constitutus ad peragendas res, qvæ ad regum judicium pertinebant; huncce conventum freqventare magni gaudii & jucunditatis ducebatur, ibi enim undiqve convenere homines ex omnibus ferme terris, qvæ nobis qvidem compertæ sint. Navi educta Höskuldus hunc conventum adire sibi proposuit, illa enim hyeme regem nondum convenerat, præterea etiam commercia in eodem conventu exercebantur. Multi ibi mortales, magna lætitia, vinum & ludi freqventes, atqve omnis generis hilaritas, pauca tamen, qvæ memoriæ tradi mererentur, accidebant. Ibi Höskuldus multos convenit cognatos, qvi in Dania degebant. Die qvadam cum Höskuldus lætitiæ intentus cum paucis egrederetur, seorsim a cæteris tabernaculis, speciosum conspexit tentorium. Höskuldus eo flexit gradum tentoriumqve intravit, hominemqve conspexit cui amictus figuratus, Russicus vero pileus caput obtegens. Höskuldus hominem nomen rogavit. Ille vero Gillium Russicum sese vocari affirmavit. Höskuldus, illius famam sæpe ad suas aures pervenisse dixit eumqve opulentissimum omnium hominum mercatorum esse contendit, simulqve Höskuldus adjecit: Num tibi merces venales sunt, qvibus nobis emendis opus sit? Gillius vero rogavit, qvibus opus esset. Höskuldi sodales respondere: ancillam emere cupit, siqva tibi venalis est. Tum Gillius: sentio ego vos mihi in his difficultatem struere, qvod id mercium genus a me exposcatis qvarum mihi nullam copiam esse opinamini, verum tamen haud certum est sic se habere rem. Höskuldus animadvertit per transversum tentorii siparium obtendi, Gillius vero siparium tollebat;

var fortiald; þá lypti Gilli tialdinu, ok sá Höskuldr at XII konur sátu fyrir innan tialdit. Þá mælti Gilli at Höskuldr skyldi þángat gánga ok líta á, ef hann vildi nockura kaupa af þessum konum. Höskuldr gerir sva, þær sátu allar saman um þverra búdina. Höskuldr hyggr at vandliga at konum þessum; hann sá at kona sat út víd tialdskörina, sú var ílla klædd, Höskuldi leitz konan fríd sýnum ef nockut mátti ásiá. Þá mælti Höskuldr: hversu dýr skal siá kona ef ek vil kaupa? Gilli segir: þú skalt reida fyrir hana III merkr silfurs. Sva virdi ek sagdi Höskuldr, sem þú munir þá ambátt gera heldr dýrlagda, þvíat þetta eru þrenn verd; þá sagdi Gilli: rétt segir þú þat, at ek met hana dyrra enn adrar; kiós nú einhveria af þessum XI ok gialt þar fyrir mörk silfurs, en þessi sé eptir í minni eign. Höskuldr sagdi: vita mun ek fyrst hversu mikit silfr er í siód þeim er ek hefi á belti mér; bidr Gilla taka vagina. Þá mælti Gilli: þetta mál skal fara úvælt af minni hendi, þvíat á er liódr mikill um rád konunnar, vil ek at þú vitir þat Höskuldr, ádr vid sláim kaupi þessu. Höskuldr spyrr hvat þat væri? Gilli segir: kona þessi er ómála, hefi ek marga vega leitad mála vid hana ok hefi ek aldri fengit ord af henni; er þat at vísu mín ætlan, at þessi kona kunni ei at mæla. Þá sagdi Höskuldr: lát framm reizluna ok siám hvat vegi siódr sá, er ek hefi hér. Gilli gerir sva, reida nú silfrid ok voru þat III merkr vegnar. Þá mælti Höskuldr: sva hefir nú tiltekist at þetta mun verda kaup ockar, tak þú fé þetta til þin, en ek mun taka vid konu þessi; kalla ek at þú hafir dreingiliga af þessu máli haft, þvíat vísu vildir þú mik ei falsa í þessu; sídan geck Höskuldr heim til búdar sinnar; þat sama kveld reckti Höskuldr hiá henni; en um morgunin eptir er menn fóru í klædi sín, mælti Höskuldr: lítt sér stórlæti á klæda búnadi þeim, er Gilli enn audgi hefir þér fengit, er þat ok satt at hönum var meiri raun at klæda XII enn eina. Sídan lauk Höskuldr upp kistu eina ok tók upp gód kvenn

tumqve Höskuldus XII foeminas intra considentes conspexit. Gillius Höskuldum intrare jubebat & siqvam ex his mulieribus emere cuperet considerare. Et Höskuldus qvidem intravit; omnes istæ mulieres per transversum tentorium consederunt. Höskuldus mulieres magna cum cura contemplabatur tumqve ad marginem tentorii male vestitam mulierem conspexit. Höskuldo illa mulier formosa, qvatenus conspici potuit, visa est. Tum Höskuldus: Qvanti illa, si ego emero. Gillius respondebat: tribus mihi marcis argenti solutis illam emas. Hoskuldus vero, ita mihi, inqvit, videtur ut hujus ancillæ nimium constitueris pretium, hoc enim triplex pretium est. Cui Gillius: Recte, inqvit, hoc dicis, qvod majoris qvam ceteras pretii illam existimem, age vero elige ex his undecim aliqvam, qvæ tibi marca argenti veniet; hæc apud me remanebit. Tum Höskuldus: Hoc prius experiri in animo est, qvantum argenti in hac crumena qvam zonæ affixam gesto contineatur; simulqve Gillium libram sumere jubebat. Cui Gillius: Hæc inqvit, res a me sine dolo peragetur, nam haud levi defectu hæc mulier laborat; atqve hoc te scire, Höskulde, volui, anteqvam nostra rata fieret mercatura. Höskuldus vero rogavit, qvid hoc rei esset. Gillius respondebat: Hæc mulier muta est, et multis qvidem modis ego illam ad colloqvium pellicere studui, nec verbum qvidem mihi unqvam respondit, idqve pro certo habeo illam mulierem nullo pacto loqvi posse. Höskuldus vero, sume, inqvit libram, ut videamus qvantum isti loculi, qvos hic teneo, ponderis habeant. Ita qvidem fecit Gillius; argentumqve ponderatum trium marcarum compertum est ponderis. Tum Höskuldus. Ita jam res recidit, ut actum inter nos ratum foret negotium; hanc tu recipe pecuniam; ego vero mulierem accipiam. Videris sane hanc rem uti homo frugi peregisse, nam nullam contra me adhibere fraudem voluisti. Deinde Höskuldus ad suum rediit tabernaculum. Eodem vespere Höskuldus cum ista muliere concubuit. Die vero seqvente, cum homines vestes induerentur, Höskuldus: parum, inqvit, magnificentiæ conspicitur in illis vestimentis, qvæ Gillius ille Dives tibi tradidit; at hoc qvidem verum: qvod majori negotio duodecim qvam uni vestimenta parabantur. Tum Höskuldus cista

manns klædi ok seldi henni, var þat ok allra manna mál at henni sæmdi góð klædi. En er höfdíngiar höfdu þar mælt þeim málum, sem þá stódu lög til, var sliti veizlunni ok fundi þessum. Sídan geck Höskuldr á fund Hákonar konúngs ok kvaddi hann virduliga, sem skapligt var; konúngr sá vid hönum ok mælti: tekit mundum vér hafa kvediu þinni Höskuldr þóttú hefdir nockuru fyrr oss fagnat, ok sva skal enn vera.

CAP. 13.

Eptir þetta tók konúngr med allri blídu Höskuldi ok bad hann gánga á sitt skip, ok ver med oss medan þú vill í Noregi vera. Höskuldr svaradi: hafit þöck fyrir bod ydvart, en nú á ek þetta sumar mart at starfa; hefir þat miök til haldit er ek hefi sva lengi dvalist at sækia ydvarn fund, at ek atlada at afla mér húsavidar. Konúngr bad hann halda skipinu til Víkrinnar; Höskuldr dvaldist med konúngi um hríd, konúngr féck hönum húsavid ok lét ferma skipit. Þá mælti konúngr til Höskuldar: eigi skal dvelia þik hér med oss leingr enn þêr líkar, en þó þykir oss vandfengit manns í stad þinn. Sídan leiddi konúngr Höskuld til skips ok mælti: at sóma-manni hefi ek þik reyndan ok nærr er þat minni ætlan, at þú siglir nú it sídazta sinn af Noregi, sva at ek sé hér yfirmadr. Konúngr dró gullhríng af hendi sér þann er va mörk ok gaf Höskuldi, ok sverd gaf hann hönum annan grip þat er til kom hálf mörk gulls. Höskuldr þackadi konúngi giafirnar ok þann allan sóma er hann hafdi framlagit. Sídan stígr Höskuldr á skip sitt ok siglir til hafs. Þeim byriadi vel ok komu at fyrir sunnan land; sigldu sídan vestr fyrir Reykianes ok sva fyrir Snæfellsnes ok inn í Breidafiörd. Höskulldr lendi í Laxár-ósi, lætr þar bera farm af skipi sínu ok setia upp skipit fyrir innan Laxá og gera

aperta splendida vestimenta muliebria depromebat illiqve tradidit; omnium vero consensu illi vestimenta nitentia apprime convenere. Cæterum qvando principes eas res peregissent, qvæ tum ex lege pertractandæ fuere, finitum est convivium, dimissusqve conventus. Tum vero Höskuldus regem Hakonum adiit, & qva par fuit veneratione eum salutavit. Rex eum qvidem aspexit sic locutus: Salutationem tuam, Höskulde, sane accepissemus, etsi aliqvanto prius nos convenisses, verum tamen etiam nunc accipietur.

CAP. XIII.

Postea rex Höskuldum valde comiter excipiens suam navim illum conscendere jubebat; atqve apud se manere, dum in Norvagia degere luberet, rogavit. Höskuldus respondit: Pro invitatione tua habeo gratias; verum hac æstate multa mihi negotia incumbunt, & hoc qvidem maxime in causa fuit, cur te convenire per tam longum tempus distulerim, qvod mihi propositum erat ligna exstruendis ædibus apta comparare. Rex in Vikiam illum navim ducere jubebat. Ita Höskuldus per aliqvod tempus apud regem permansit; rex illi ligna ad ædificandum tradidit, navimqve onerandam curavit. Tum rex Höskuldum ita allocutus est: non te hic apud nos detinebimus longius qvam tibi ipsi placuerit, verum tamen difficulter hominem, qvi in tuum succedat locum, remur inventum iri. Tum rex Höskuldum ad navim conductum, ita affatus est: Honestum te esse virum jam satis comperi; hac vero ultima vice, me saltim regnante, te ex Norvagia profecturum autumo. Tum rex aureum annulum, qvi marcæ pondus efficeret, a manu detraxit Höskuldoqve donavit, simulqve illi dedit gladium adeo pretiosum, ut dimidio marcæ aureæ constaret. Höskuldus regi pro donis omniqve erga se exhibito honore gratias persolvebat. Deinde Höskuldus navim conscendit, in altum vectus ventoqve usus secundo, ad meridionalem terræ (Islandiæ) oram primum advenit, deinde occidentem versus promontorii Reykanesi atqve Snæfellsnesi oras legens Breidafjördum (Sinum qvi Latus dicitur) intravit. Höskuldus in ostio fluminis Laxá in terram egressus navim exonerari atqve intra

þar hrof at, ok sér þar túptina sem hann lét gera hrofit, þar tialdadi hann búdir, ok er þat kalladr Búdardalr, sídan lét hann flytia heim vidinn, ok var þat hægt þvíat ei var laung leid. Rídr Höskuldr eptir þat heim vid nockura menn ok fær vidtökur gódar, sem von er, þar hafdi ok fé vel haldist sídan. Jórunn spurdi hver kona sú sé, er í för var med hönum? Höskuldr segir: sva mun þér þykia, sem ek svara þér skætíngu: ek veit ei nafn hennar. Jórunn mælti: þat mun tveimr skipta at sá kur mun loginn er fyrir mik er kominn, eda þú munt hafa talat vid hana*) sem spurt hafa hana at nafni, Höskuldr kvadst þess ei þræta mundu ok segir henni it sanna, ok bad þá þessari konu virkta ok kvad þat nærr sínu skapi at hún væri heima þar at vistarfari. Jórunn mælti: ei mun ek deila vid frillu þína, þá er þú hefir flutt af Noregi, þótt hún kynni (ei) gódra návist **), en nú þyki mér þat allra sýnst, ef hún er bædi dauf ok mállaus. Höskuldr svaf hjá húsfreyu sinni hveria nótt sídan hann kom heim, en hann var fárr vid frilluna; öllum mönnum var audsætt stórmennsku-mót á henni, ok sva þat, at hún var engi afglapi; ok á ofanverdum vetri þeim fæddi frilla Höskuldar sveinbarn; sídan var Höskuldr þángat kalladr, ok var hönum sýnt barnit, sýndist hönum sem ödrum at hann þóttist ei sét hafa vænna né stórmannligra. Höskuldr var atspurdr, hvat sveinninn skyldi heita? Hann bad sveininn kalla Olaf, þvíat þá hafdi Olafr Feilan andazt litlu ádr, módur-bródir hans. Olafr var afbragd flestra barna, Höskuldr lagdi ást mikla vid sveininn. Um sumarit eptir mælti Jórunn at frillan mundi upptaka verknat nockurn edr fara í brott ella. Höskuldr bad hana vinna þeim hiónum ok gæta þar vid sveins síns; en þá er sveinninn var tvævetr, þá var hann almæltr ok rann einnsaman, sem fjögra vetra gömul börn. Þat var til tídinda einn morgun er

*) *Desideratur aliqvid uti videtur in textu, hoc enim uti est vix est islandicum; lubenter legeremus:* "meira enn," *vel* "sva mikit" *vel quid ejusmodi.*

**) *Alii:* kynni ei gódar návistir.

dictam amnem subduci jubebat atqve navale circumstruendum curavit, cujus navalis adhuc vestigia remanent. Tabernacula ibidem etiam locavit; inde loco Budardalus (vallis tabernaculorum) nomen est. Deinde ligna domum apportari jussit, nec habuit brevis via multam apportandi molestiam. Tum Höskuldus cum paucis domum eqvitavit; nec mirum si benigne exceptus est. Nullum detrimentum per itineris tempus res illius acceperant. Jorunna rogavit, qvænam esset illa mulier, qvæ illum comitaretur. Höskuldus: tum, inqvit, tibi verba dari rebere, si ego memet illius nomen scire negabo. Jorunna: alterutrum jam pro certo habebo: aut falsum esse eum rumorem, qvi ad meas aures pervenit, aut te tantum cum illa colloqvium habuisse, qvantum ad rogitandum de illius nomine satis esset. Tum Höskuldus non amplius tergiversari totamqve rem uti acta erat enarrare, atqve uti huic mulieri honos haberetur exposcere, sibiqve maxime placere, ut domi apud eos vitam degeret affirmare. Tum Jorunna: non ego, inqvit, cum meretrice tua, qvam ex Norvagia tecum advexisti, lites agam, etiamsi conversationem frugi hominum minus bene cognoscat; hoc vero optime rei qvadrare mihi videtur, si auditus atqve loqvelæ simul usus deest. Höskuldus omnes noctes postqvam domum redierat apud uxorem decubuit, infreqventior autem erat cum meretrice conversatio. Cuilibet fuit in hac meretrice spectatum, qvod magnanimum aliqvid inesset illi, nec ulla mentis aberratio. Præcipitata autem hyeme puerum peperit; tum vero Höskuldus advocatus, ita uti cæteri de puero judicavit, qvod nec venustiorem nec augustioris unqvam visus infantem vidisset. Höskuldus rogatus, qvo nomine puer nuncupandus esset? Olavum eum vocari jussit; nam avunculus Olavus Feilan brevi ante diem obierat. Olavus plerisqve pueris præstantior fuit, patriqve Höskuldo acceptissimus. Æstate seqvente dixit Jorunna, meretrici aut laborem suscipiendum aut e domo abeundum. Höskuldus illam sibi atqve uxori ancillari, simulqve pueri curam gerere jubebat. Sed cum puer biennis jam esset, perfectus erat usus linqvæ, nec minor pedum velocitas, qvam qvadriennibus pueris esse solet. Accidit aliqvando ut Höskuldus mane ad domestica negotia inspicienda egrederetur; sudum coelum & affulgens nuper exortus sol. Tum illi

Höskuldr var genginn út at siá um bæ sinn; vedr var gott, skein sól ok var lítt á lopt komin; hann heyrdi manna mál, hann geck þángat til, sem lækr féll fyrir túnbreckunni, sá hann þar ok II menn ok kendi, þar var Olafr son hans ok módir hans, fær hann þá skilit, at hún var ei mállaus, því at hún taladi þá mart vid sveininn; sídan geck Höskuldr at þeim ok spyrr hana at nafni, ok kvad henni ecki mundu stoda at dyljast lengr, hún kvad sva vera skyldu; setjast þau nidr á túnbreckuna, sídan mælti hún: ef þú vilt nafn mitt vita, þá heiti ek Melkorka. Höskuldr bad hana þá segia lengra ætt sína. Hún sagdi: Mýrkiartan heitir fadir minn, hann er konúngr á Irlandi, ek var þadan hertekin XV vetra gömul. Höskuldr kvad hana helzt til lengi hafa þagat yfir sva gódri ætt. Sídan geck Höskuldr inn ok sagdi Jórunni hvat til nýlundu hafdi görzt í ferd hans, Jórunn kvadst ei vita hvat hún segdi satt, kvad sér ecki um kynia-menn alla, ok skilia þau þessa rædu; var Jórunn hvergi betr vid hana enn ádr, en Höskuldr nockuru fleiri; ok litlu sídarr er Jórunn geck at sofa, togadi Melkorka af henni, og lagdi skóklædin á gólfit, Jórunn tók sockana ok keyrdi um höfud henni, Melkorka reiddist ok setti hnefann á nasar henni sva at blód vard laust. Höskuldr kom at ok skildi þær. Eptir þat lèt Höskuldr Melkorku í brott fara, ok féck henni þar bústad uppi í Laxárdal; þar heitir sídan á Melkorkustödum, þar er nú audn, þat er fyrir sunnan Laxá; setr Melkorka þar bú saman, fær Höskuldr þar til búss alt þat er hafa þurfti, ok fór Olafr son þeirra med henni; brátt sér þat á Olafi, er hann óx upp, at hann mundi verda mikit afbragd annarra manna fyrir vænleiks sakir ok kurteysi.

CAP. 12.

Ingjaldr hét madr, hann bió í Saudeyum, þær liggia á Breidafirdi, hann var kalladr Saudeyar-godi, hann var audigr madr ok mikill

humana audita vox; jam eo pergebat qvo declinantis agri infima rivus allambebat, ibiqve duo homines conspexit, atqve agnovit Olavum filium illiusqve matrem. Tum qvidem comperit eam non esse mutam, multum enim cum puero loqvebatur. Tum Höskuldus eos convenit, illamqve rogavit nomen dixitqve illi non amplius profuturam dissimulationem. Illa se jam elocuturam affirmavit. Sic in clivulo consederunt. Tunc illa: si nomen, inqvit, meum scire curas: Melkorka vocor. Höskuldus illam plus de genere enarrare rogavit. Illa vero: Myrkjartan, inqvit, est nomen patri, regnum Hibernia, ego XV annos nata captiva ablata. Höskuldus nimis diu dissimulatam tantam nobilitatem generis conqverebatur. Höskuldus autem domum regressus, qvid novæ rei accidisset Jorunnæ retulit. Jorunna vero, qvanta his fides, negare se scire, nec hominum abstrusorum sibi multam esse curam contendere; atqve ita finitum illud colloqvium. Nec fuit Jorunna meretrici postea amicior qvam antea; Höskuldo autem freqventius cum illa colloqvium. Brevi post cum Jorunna cubitum iret, Melkorka illi vestimenta detraxit & calceamenta qvidem in pavimentum demisit, tum Jorunna tibialia sumebat, eisqve illi caput verberavit. Melkorka vero irata nasum Jorunnæ pugno ferivit adeo ut sangvis proflueret. Adveniens tum Höskuldus intercedebat. Postea Höskuldus Melkorkam ablegavit atqve dedit illi habitaculum in interioribus Laxardali. Loco deinde Melkorkustadir nomen, desertus jam is locus est & a meridionali parte amnis Laxá situs. Ibi Melkorka habitaculum construxit, Höskuldo omnia tribuente, qvæ ad domesticam rem necessaria essent. Filius illorum Olavus illam secutus est. Hoc in Olavo jam adolescente cito manifestum sese reddidit, eum aliis hominibus præstantiorem & ob venustatem & ob morum elegantiam, fore.

CAP. XIV.

Ingjaldus erat nomen viro, ille Saudeyis (Insulis ovium) in Breidafjördo (Sino lato) habitavit. Saudeyargodi (Pontifex Saudeyensis) illi fuit cognomentum; vir dives atqve multum pollens; frater

fyrir sér, Hallr hét bródir hans, hann var mikill madr ok efniligr, hann var félítill madr, eingi var hann nydúngr kalladr af flestum mönnum, ecki voru þeir brædr samþyckir optast; þótti Ingjaldi Hallr lítt vilia sik semia í sid dugandi manna, en Halli þótti Ingjaldr lítt vilia sitt rád hefia til þroska. Veidistöd sú liggr á Breidafirdi, er Bjarneyar heita, þær eyar eru margar saman ok voru miök gagnaudgar. I þann tíma sóttu menn þángat miök til veidifángs, var ok þar fiölmenni miök öllum missirum; mikit þótti spökum mönnum undir því, at menn ætti gott saman í útverjum; var þat þá mælt at mönnum yrdi úgiæfra um veidi-fáng, ef missáttir yrdi, gáfu flestir menn at því gódan gaum. Þat er sagt eitt hvert sumar at Hallr bródir Ingialds Saudeyar-goda kom í Saudeyar ok ætladi til fángs; hann tók sér skipan medr þeim manni er Þórólfr hét, hann var breidfirzkr madr, ok var hann náliga lausíngi einn félauss, ok þó fráligr madr. Hallr er þar um hríd, ok þykist hann miök fyrir ödrum mönnum. Þat var eitt kveld at þeir koma at landi Hallr ok Þórólfr ok skyldu skipta fengi sínu, vildi Hallr bædi kiósa ok deila, þvíat hann þóttist þar meiri madr fyrir sér. Þórólfr vildi ei láta sinn lut, ok var all-stórordr, skiptust þeir nockurum ordum vid, ok þótti sinn veg hvarum; þrífr þá Hallr upp högg-járn, er lá hiá hönum, ok víll færa í höfut Þór-ólfi; nú hlaupa menn í milli þeirra ok stödva Hall, en hann var hinn ódasti, ok gat þó eingu á leid komit at því sinni, ok ecki vard fengi þeirra skipt; rédst nú Þórólfr á brott um kveldit, en Hallr tók einn upp fáng þat er þeir áttu bádir, þvíat þá kendi at ríkismunar; fær nú Hallr sér mann í stad Þórólfs á skipit ok heldr nú til fángs sem ádr. Þórólfr

illi erat, nomine Hallus, homo magnæ staturæ atqve spei, sed opes deerant, tamen indolem ingenuiorem inesse, pleriqve credebant. Horum fratrum multum laboravit concordia. Ingjaldus hoc potissimum in Hallo reprehendebat, qvod sese parum ad potentiorum virorum mores applicaret. Hallo autem videbatur Ingjaldus, suas res parum curare aut ad dignitatem extollere. Locus est piscatorius in Breidafjordo, qvi Bjarneyar nuncupatus est. Multæ ibi insulæ & illis temporibus capturæ admodum idoneæ; hic locus multum piscatoribus freqventabatur & qvavis hyeme multitudo magna hominum ibidem convenit. Magni id referre prudentes viri putavere, ut in locis piscatoriis homines in concordia continerentur, vulgo enim credebant, minus faustam fore piscaturam, si dissidia exorirentur, plurimi itaque viri multum studuere paci servandæ. Hallum fratrem Ingjaldi Saudeyargodi aliqvando ad Bjarneyas) piscationis caussa venisse memoratum est; ille navalem sibi socium assumsit, virum Thorolfum nomine, hominem Breidfjördensem, cui opes fere nullæ nec certus lar; tamen erat vir sat impiger. Ibi Hallus per aliqvod tempus commoratus sese supra alios multum extollere coepit. Accidit vespere qvodam, ut Hallus atqve Thorolfus ad terram appellerent capturaqve esset dividenda. Tum Hallus: et capturam dividere et portiones eligere velle, seqve uti potentiorem ferre. Thorolfus autem nihil a sua re cedere atqve ferocioribus uti verbis; tum inter eos oriri contentio et uterqve opposita contendere. Tum Hallus concisorio, qvod illi erat ad manum, correpto Thorolfo caput impingere voluit; jam advenerunt qvi intercederent Hallum cohibentes ille vero præceps irâ fertur ea vice tamen sine ullo effectu, neqve tum captura dividebatur. Eodem vespere Thorolfus abiit, Hallus vero capturam, qvæ utriusqve sane erat, totam solus occupavit. In hoc vero insignis potentiæ differentia. Hallus autem socium sibi navalem loco Thorolfi acqvisivit, jamqve ut antea piscaturæ operam dedit. Thorolfus*

---

*) *Etsi in Saudeyar legatur, judicamus hoc sic dandum esse, illud enim cum antecedentibus non convenit.*

unir ílla vid sinń lut, þykist hann miök svívirdr vera í þeirra skiptum; er hann þar þó í eyunum ok hefir þat at vísu í hug sér at rétta þenna krók, er hönum var sva nauduliga beygdr. Hallr uggir ecki at sér, ok hugsar þat, at engir menn muni þora at halda til jafns vid hann þar í átthaga hans. Þat var einn gódan vedr-dag, at Hallr réri ok voru þeir III. á skipi, bítr vel á um daginn, róa þeir heim at kveldi ok eru miök kátir. Þórólfr hefir niósn af athöfn Halls um daginn, ok er staddr í vörum um kveldit, þá er þeir Hallr koma at landi. Hallr réri í Hálsi framm, hann hleypr fyrir bord ok ætlar at taka vid skipinu, ok er hann hleypr á land, þá er Þórólfr þar nærr staddr ok höggr til hans þegar, kom höggit á hálsinn vid herdarnar ok fýkr af höfudit. Þórólfr snýr á brott eptir þat, en þeir félagar Halls styrma yfir hönum; spyrjast nú þessi tídindi um eyarnar *) víg Halls, ok þykja þat mikil tídindi, þvíat madrinn var kynstórr, þott hann hefdi engi audnu-madr verit. Þórólfr leitar nú á brott úr eyunum, þvíat hann veit þar engra þeirra manna van, er skjóli muni skjóta yfir hann eptir þetta stórvirki, hann átti þar ok enga frændr þá er mætti sér trausts af vænta, en þeir menn sátu nærr, er vís van var at um líf hans mundu sitia, ok höfdu mikit vald, sva sem var Ingialdr Saudeyar-godi bródir Halls. Þórólfr féck sér flutníng inn til meginlands, hann ferr miök huldu höfdi; er ecki afsagt hans ferd ádr hann kemr einn dag at kveldi á Goddastadi. Vigdís kona Þórdar Godda var nockut skyld Þórólfi, ok snéri hann því þángat til bæar; spurn hafdi Þórólfr af því ádr, hversu þar var háttat, at Vigdís var meiri skörúngr í skapi enn Þórdr bóndi hennar; ok þegar um kveldit er Þórólfr er þar kominn, gengr hann til fundar vid Vigdísi, ok segir henni til sinna vandræda ok bidr hana ásiá. Vigdís svarar á þá leid hans máli: ecki dyliumst ek vid skuldleika ockra, þyki mér ok þann veg at eins verk

*) *Excidit e textu uti videtur vox:* "um."

ita acta re male contentus, multam sibi in his negotiis illatam injuriam indignabatur; in insulis tamen remansit id sane meditans, qvomodo illum erigeret uncum qvi adeo invito adactus esset. Hallus autem citra omnem mali suspicionem neminem ratus est in ipsius territorio ausurum secum contendere. Accidit qvadam die, cum sudum coelum esset, ut Hallus cum duobus sociis in navigio veheretur ad piscationem; multa eo die captura; vespere admodum hilares domum repetebant. Thorolfus omnibus, qvæ Hallus ea die ageret, exploratis, prope navis stationem in littore constitit, cum Hallus vespere cum sociis ad terram appelleret. Hallus in prora remigavit & e navigio prosiluit, ut illud exciperet, qvando ad terram appelleretur; in terram autem egredientem, adstans Thorolfus ictu statim petivit, ille autem ictus collum ferivit juxta humeros ita ut caput decideret; ita acta re Thorolfus aufugit; Halli autem socii attoniti circumstabant. Jam hic nuntius de Hallo interfecto per insulas vulgari atqve in magnis eventibus haberi, fuerat enim vir genere nobilis qvamvis fortuna minus secunda usus. Tum Thorolfus ex insulis aufugere studuit, nullius enim hominis ibi notitiam habuit, qvi post tantas res gestas illum protecturus esset, neqve erant ibidem propinqvi, in qvibus esset auxilii spes; aderant autem homines, de qvibus certum erat, qvod vitæ suæ insidias struerent, qvorumqve magna esset potentia, uti Ingjaldus Saudeyargodus Halli frater. Thorolfus in continentem delatus occulte plerumqve proficiscebatur, nec memoratum est aliqvid de ejus itinere, anteqvam vespere cujusdam diei Goddastados perveniret. Vigdisa Thordi Goddi uxor qvadam consangvinitate illi erat conjuncta, eam ob rem ad hocce prædium se convertit. Jam antea audierat Thorolfus qvomodo ibidem sese res haberent, qvod Vigdisæ nobilior inesset indoles, qvam Thordo illius marito. Eodem itaqve vespere statim atqve advenit Thorolfus, convenit Vigdisam, suaqve illi pericula enarravit, simulqve flagitavit opem. Vigdisa in hunc fere modum illi responsa reddidit: non ego mihi tecum consangvinitatem esse denego; et sic qvidem existimo illas qvas gessisti res, ut propter illas te non judicem

þetta, er þú hefir unnit, at kalla þik ecki at verra dreing, en þó sýnist mér sva sem þeir menn muni vedsetja bædi sik ok fé sitt er þér veita ásiá, sva stórir menn sem hér munu veita eptirsiár; en Þórdr bóndi minn, sagdi hún, er ecki garpmenni mikit, en orrad var kvenna verda jafnan med litilli forsiá ef nockurs þarf vid, en þó nenni ek ei med öllu at víkjast undan vid þik, allz þú hefir þó hér til nockurrar ásiá ætlat. Eptir þat leidir Vigdís hann í útibúr eitt, ok bidr hann þar bída sín, setr hún þar lás fyrir; sídan geck hún til Þórdar ok mælti: her er kominn madr til gistíngar sá er Þórólfr heitir, en hann er skyldr mér nockut; þættist hann þurfa hér leingri dvöl ef þú vildir at sva væri. Þórdr kvadst ecki vera um mannasetur, bad hann hvílast þar um daginn eptir, ef hönum væri ecki á höndum, en verda í brottu sem skiótast elligar. Vigdís segir: veitt hefi ek hönum ádr gistíng, ok mun ek þau ord ei aptr-taka, þótt hann eigi sér ei jafna vini alla; eptir þat sagdi hún Þórdi vígit Halls, ok sva þat at Þórólfr hafdi vegit hann, er þá var þar kominn. Þórdr vard styggr vid þetta, kvadst þat víst vita, at Ingialdr mundi mikit fé taka af hönum fyrir þessa biörg, er nú var veitt hönum, ef hér hafa hurdir verit loknar eptir þessum manni. Vigdís sagdi: ei skal Ingialdr fé taka af þér fyrir einnar nætr biörg, þvíat hann skal hér vera í allan vetr. Þórdr mælti: þann veg máttu mér mest upptefla*), ok at móti er þat mínu skapi, at slíkr úhappa-madr sé hér; en þó var Þórólfr þar um vetrinn. Þetta spurdi Ingialdr, er eptir bródur sínn átti at mæla; hann býr ferd sína í Dali inn at álidnum vetri, setti fram ferju er hann átti, þeir voru XII. saman; þeir sigla vestan útnyrdíng hvassan ok lenda í Laxár-ósi um kveldit, setia upp ferjuna, en fara á Goddastadi um kveldit, ok koma ecki á úvart; er þar tekit vel vid þeim. Ingialdr brá Þórdi á mál ok sagdi hönum eyrindi sitt: at hann kvedst þar hafa spurt til Þórólfs bródur-bana síns, Þórdr kvad þat engu gegna.

*) Upptefla: *proprie pecuniæ jacturam facere ludo; etiam qvodvis aliud imprudentia superinducere periculum.*

virum minus honestum, sed tamen videntur illi, qvi tibi auxilium ferant vitæ atqve opum subire periculum; tam potentes enim viros reor hanc causam persecuturos fore. Præterea, inqvit Vigdisa, novi maritum meum Thordum esse virum haud magni qvidem animi, sed minitante periculo muliebre concilium plerumqve vacillat, verum tamen non svadet animus ut tibi omnino auxilium denegem, cum huc ad petendam opem jam adveneris. Tum Vigdisa illum ad solitarium penuarium conductum sese operiri jubebat, tumqve clausit penuarium. Deinde Thordum convenit ita locuta: Hic jam advenit vir Thorolfus nomine poscens hospitium, mihi aliqvanta consangvinitate conjunctus, & hic qvidem longius commorari necessum sibi autumat, si per te liceat. Thordus vero talia hospitia sibi parum placere affirmans, illum si nullis esset implicitus difficultatibus illam diem ibi reqviescere jubebat, sin aliter esset res, statim abire. Tunc Vigdisa: Jam antea, inqvit, hospitio illum excepi, nec jam in animo est ea, qvæ promiserim, revocare, etsi qvorundam minus felici amicitia utatur. Deinde Thordo memorat Halli necem, & qvod Thorolfus illum interfecissit. Tum vero Thordus irà commoveri seqve certo scire affirmare Ingjaldum multam sibi pecuniam ablaturum pro eo, qvod jam exhibitum esset, auxilio, qvando huic homini domicilium concederetur. Tunc Vigdisa: non tibi ob unius noctis hospitium Ingjaldus pecuniam auferet, nam per totam hyemem illi hospitium exhibere in animo est. Thordus respondit: tali sane modo mihi plurimum inducere vales periculi, & qvam maxime hoc est contra meam voluntatem, qvod homo tanto infortunio implicitus hic remaneat. Tamen Thorolfus per hyemem ibi commorabatur. Hoc ad Ingjaldum, cui fratris occisi caussa perseqvenda, delatum est. Itaqve sub finem hyemis ad interiora Vallium ire parat; scapham itaqve, qvæ ipsi esset, cum XII conscendit, & vehementiore ferente cauro in ostio fluminis Laxá vespere adpulit; scapha subducta eodem vespere Goddastados perventum est, nec inopinato qvidem, benigne tamen excepti sunt. Ingjaldus Thordum ad secretum colloqvium evocavit atqve dixit negotium propter qvod venisset; nam comperisse se Thorolfum fratris sui interfectorem ibi commorari. Thor-

Ingialdr bad hann ei þræta, ok skulum vid eiga kaup saman: at þú sel mannin framm ok lát mik ei þurfa þraut til, en ek hefir hér III merkr silfurs, er þú skalt eignast; upp mun ek ok géfa þér sakir þær, er þú hefir gört á hendr þér í björgum vid Þórólf. Þórdi þótti féit fagurt, enn vid heitit uppgiöf um sakir þær, er hann hafdi ádr kvidit mest, at hann mundi féskurd af hlióta. Þórdr mælti þá: nú mun ek sneipu fá af mönnum um tal ockart, en þetta mun þó verda kaup ockart; þeir sváfu til þess er áleid nóttina, ok var stund til dags.

CAP. 15.

Sídan stódu þeir Ingialdr upp ok klæddust. Vigdís spurdi Þórd hvat í tali hefdi verit med þeim Ingialdi um kveldit? hann kvad þá mart talat hafa, en þat samit, at uppi skyldi vera rannsökun, en þau úr málinu, ef Þórólfr hittist ei þar; lét ek nú Ásgaut þræl minn fylgia manninum á brott. Vigdísi kvadst ecki vera um lýgi, kvad sér ok leitt vera at Ingialdr snakadi um hús hennar, en bad hann þó þessu ráda; sídan rannsakadi Ingialdr þar ok hitti ei þar manninn. Í þann tíma kom Asgautr aptr, ok spurdi Vigdís hvar hann skildist vid Þórólf. Asgautr sagdi: ek fylgda hönum til sauda-húsa varra, sem Þórdr mælti fyrir. Vigdís mælti: mun nockut meirr á götu Ingialds enn þetta, þá er hann fer til skips? ok ei skal til-hætta, hvart þeir hafa ei þessa rádagerd samanborit í gærkveld; vil ek at þú farir þegar, ok fylgir hönum í brott sem tídast; skaltu fylgia hönum til Saudafells á fund Þórólfs; medr því at þú gerir sva, sem ek býd þér, skaltu nockut eptir taka; frelsi mun ek þér gefa ok fé þat, at þú sér færr hvert er þú vill. Ásgautr játtadi því, ok fór til sauda-hússins ok hitti þar Þórólf; hann bad þá fara brott sem tídast. Í þenna tíma rídr Ingialdr af Goddastödum, þvíat hann ætladi at heimta þá verd fyrir silfrit, ok er hann var kominn ofan frá bænum, þá siá þeir II. menn

dus autem inficias ire & Ingjaldus contra rogare, ne denegaret. **Pactionem** *inquit potius ineamus: tu mihi tradas hominem nec ullam perhibeas molestiam; a me vero tres jam marcas argenti accipe atqve habe tibi, sic etiam simul impetres veniam culpæ, qvam in me commisisti auxilio lato Thorolfo. Tum Thordus splendore argenti capi, et lætari promissa venia culpæ, qvam sibi pecuniæ jacturam illaturam antea veritus esset; jamqve Thordus ita respondit: Hoc nostrum colloqvium mihi sane aliorum hominum contemtum inducet, verum tamen pactio hæc inter nos rata erit. Deinde multam partem noctis cubatum, usqvedum ad lucem tamen aliqvantum temporis superesset.*

CAP. XV.

Tum vero Ingjaldus cum suis surrexit; Vigdisa autem Thordum rogabat, qvid illi proximo vespere cum Ingjaldo colloqvii fuisset? Ille multa locutos affirmavit & qvidem convenisse inter eos, inqvisitionem instituendam, se autem cum uxore a caussa immunem fore, si Thorolfus ibidem non inveniretur; jamqve, inqvit, servum Asgautum, hominem hinc abducere jussi. Vigdisa dixit: mendacia sibi parum placere & iniqvum videri, qvod Ingjaldus in cubiculis suis explorando discursaret, sed tamen hujus rei illi potestatem fecit; Ingjaldus vero exploravit nec invenit hominem. Eodem tempore redeuntem Asgautum rogavit Vigdisa: ubi a Thorolfo discessisset? Asgautus respondit: Secundum jussa Thordi ad ovilia nostra eum conduxi. Vigdisa dixit: numqvis locus propior esse potest viæ Ingjaldi, ad navim redeuntis? Neqve hoc periclitandum est, utrum hoc consilium inter eos novissimo vespere convenisset; placet itaqve, ut redeas eumqve ex eo loco qvam citissime abducas. Duc hominem Saudafellum ad Thorolfum; si hæc mea jussa exseqvere, erit tibi qvædam remuneratio; in libertatem te vindicabo tantamqve donabo pecuniam, ut ubivis locorum te sustentare qveas. Asgautus sese uti jussit facturum promittens, ad ovilia rediit, atqve convenit Thorolfum, statimqve inde aufugere jubebat. Eodem tempore Ingjaldus a Goddastadis eqvo vectus, argenti pretium occupare cogitavit, verum paulum a villa progressus duo sibi obviam ire homines animad-

fara í móti sér ok, var þar Ásgautr ok Þórólfr; þetta var snimma um morginn sva at lítt var lýst af degi. Þeir Ásgautr ok Þórólfr voru komnir i sva mikinn klofa, at Ingialdr var á adra hönd, en Laxá á adra hönd. Áin var ákafliga mikil, voru höfud-ísar at bádum-megin, en gengr upp eptir midju, og var áin allíll at sækja. Þórólfr mælti vid Ásgaut: nú þyki mér sem vid munim eiga II. kosti fyrir höndum; sá er kostr annarr at bída þeirra hér vid ána ok verjast eptir því sem ockr endist hreysti til ok dreingskapr; en þó er þess meiri van at þeir Ingialdr sæki líf ockart skiótt; sá er annarr kostr, at ráda til árinnar ok mun þat þykia þó enn med nockurri hættu. Ásgautr bidr hann ráda, kvadst nú ecki munu vid hann skiliast, hvert rád sem þú vill upptaka hér um. Þórólfr sagdi: til árinnar munu vid leita, ok sva gera þeir, búa sik sem léttligast; eptir þat gánga þeir ofan fyrir höfud-ísinn ok leggiast til sunds, ok med því at menn voru hraustir, ok þeim vard leingra lífs audit, þá komast þeir yfir ána ok upp á höfud-ísinn ödrum megin; þat er miök jafnskjótt er þeir eru komnir yfir ána, at Ingialdr kemr at ödrum megin at ánni ok förunautar hans; þá tekr Ingialdr til orda ok mælti til förunauta sinna: hvat er nú til ráds? skal ráda til árinnar edr ei? þeir sögdu at hann mundi ráda, sögdust ok hans forsiá mundi hlíta at, þó sýndist þeim áin óyfirfærilig. Ingialdr kvad sva vera, ok munu vér frá hverfa ánni. En er þeir Þórólfr siá þetta, at þeir Ingialdr ráda ei til árinnar, þá vinda þeir fyrst klædi sín ok búa sik til göngu, ok gánga þann dag allan, koma at kveldi til Saudafells; þar var vel vid þeim tekit, þvíat þar var allra manna gistíng; ok þegar um kveldit gengr Asgautr á fund Þórólfs raudnefs, ok sagdi hönum alla vöxtu sem á voru um þeirra eyrindi: at Vigdís frændkona hans hafdi þenna mann sent hönum til halds ok trausts, er þar var kominn; sagdi hönum alt, hve farit hafdi med þeim Þórdi Godda, þar med berr hann framm jartegnir þær, er Vigdís hafdi sent til Þórólfs. Þórólfr

vertit; hi autem erant Asgautus atqve Thorolfus; hæc mane primo diluculo accidebant. Tum Asgautus atqve Thorolfus in tantas erant angustias redacti, ut ab altero latere Ingjaldus, ab altero vero flumen Laxá viam præcluderet. Altissima erat aqva fluminis & utraqve ripa glacie præcincta, patens vero aqva in medio, magnum transitus periculum habebat. Tum Thorolfus Asgautum ita allocutus est: Jam nobis duas conditiones oblatas esse comperio; altera sane est: ut eos hic ad fluvium operiamur, atqve nos ita defendamus, uti nostra fert fortitudo atqve animus, sed tamen magis timendum est Ingjaldum nos cito superaturum; altera conditio est: ut nos in aqvam demittamus, licet hoc non videatur sine periculo. Asgautus dixit: hæc in illius potestate futura, nec se illum relicturum, utrumvis horum consiliorum amplecteretur. Thorolfus respondit: ad amnem nos convertamus; & ita quidem fecerunt; vestitum ita comparavere ut qvam maxime essent ad nandum expediti, tumqve e glacie in alveum apertum sese dejecerunt ad natandum; et cum homines essent fortes & fortunatum fatum longiorem illis vitam destinasset, amnem transnare, et marginem conglaciatam in opposita parte ascendere contigit. Hoc eodem fere tempore factum est, ut illi flumen transnaverint & Ingjaldus cum sociis ad alteram fluminis ripam advenerit. Tum Ingjaldus socios ita alloqvebatur: Qvid jam consilii capiendum? num amnis experienda, an non? Illi hoc in illius fore potestate, seqve illius prudentia usuros esse, confirmarunt, tamen sine vitæ periculo posse flumen transiri negarunt. Ingjaldus hoc verum afirmavit & a flumine revertendum. Thorolfus autem & Asgautus cum viderent, Ingjaldum atqve illius socios flumen non aggressuros, aqvam primum e vestibus expresserunt & deinde in viam sese dederunt, & per totam diem profecti, vespere Saudafellum pervenere, ibi benigne excepti; nam ibidem erat commune omnibus hospitium. Eodem vespere Asgautus Thorolfum Raudnefum statim convenit, præsentemqve omnem rerum statum memoravit, consangvineam illi Vigdisam hunc hominem, qvi cum ipso advenerat, illius auxilio atqve fidei commendasse, simul omnia negotia inter Ingjaldum atqve Thordum Goddum enarravit, deinde signa protulit qvæ

svarar á þá leid: ecki mun ek dyliast vid jartegnir þessar, mun ek at vísu taka vid þessum manni at ordsendíng hennar, þyki mér Vigdísi þetta mál dreingiliga hafa farit, er þat mikill harmr, er þvílík kona skal hafa sva úsköruligt gjaford; skaltu Asgautr dveljast hér þvílíka hríd sem þér líkar. Asgautr kvadst ecki lengi þar mundu dveljast. Þórólfr tekr nú vid nafna sínum ok gerist hann hans fylgdar-madr, en þeir Asgautr skiljast gódir vinir, ok ferr Ásgautr heimleidiss. Nú er at segja fra Ingjaldi, at hann snýr heim á Goddastadi, þá er þeir Þórólfr höfdu skilist, þar voru þá komnir menn af næstum bæum at ordsendíng Vigdísar, voru þar ei færri karlar fyrir enn XX.; en er þeir Ingialdr koma á bæinn, þá kallar hann Þórd til sín ok mælti vid hann: údreingiliga hefir þér farit til var, Þórdr, segir hann, þvíat vér höfum þat fyrir satt, at þú hafir manninum á brott skotit. Þórdr kvad hann ei satt hafa á höndum sér um þetta mál; kemr nú upp öll þeirra rádagiörd, Ingialdar ok Þórdar; vill Ingialdr nú hafa fé sitt þat, er hann hafdi fengit Þórdi í hendr. Vigdís var þá nærr stödd tali þeirra, ok segir þeim farit sem makligt var, bidr Þórd ecki halda á fé þessu, þvíat þú Þórdr, sagdi hún, hefir þessa fiár údreingiliga aflat. Þórdr kvad hana þessu ráda mundu vilja; eptir þetta gengr Vigdís inn ok til erkr þeirrar er Þórdr átti, ok finnr þar í nidri digran fésiód; hún tekr upp siódinn ok gengr út med ok þar til er Ingialldr var, ok bidr hann taka vid fénu. Ingialldr verdr vid þétta léttbrúnn ok réttir höndina at móti fésiódnum. Vigdís hefr upp fésjódinn, ok rekr á nasar hönum, sva at þegar féll blód á jörd, þar med velr hún hönum mörg hædilig ord, ok þat med, at hann skal þetta fé alldregi fá sídan; bidr hann á brott fara. Ingialldr sér sinn kost þann enn bezta at verda á brottu sem fyrst, ok gerir hann sva, ok léttir ei ferd sinni fyrr, enn hann kemr heim, ok unir ílla vid sína ferd.

Vigdisa Thorolfo miserat. Tunc Thorolfus in hunc fere modum respondit : Hæc mihi signa agnoscere certum est, & sane excipiam hominem secundum hunc, qvem illa mihi misit, nuntium, nam utiqve videtur Vigdisa admodum honeste sese gessisse in hac re; & dolendum sane est, talem mulierem tam ignobili uti matrimonio. Jam tu Asgaute hic maneas, qvamdiu tibi ipsi placebit. Asgautus per longum tempus semet ibi mansurum negavit. Tunc Thorolfus virum sibi cognominem excepit illoqve assiduo comite usus est, Asgautum autem amicissime dimisit & ille domum rediit. Jam de Ingjaldo memorandum, qvod ut a Thorolfo discesserat, Goddastados revertebat, tunc e proximis villis Vigdisæ nuntio evocati homines convenerant, nec erant homines ibidem congregati infra XX numero. Cum vero Ingjaldus cum sociis ad villam perveniret Thordum ad se vocatum ita alloqvebatur. Parum honeste, inqvit, te erga nos gessisti, Thorde! hoc enim pro certo habemus, te hominem clam ablegasse. Thordus negavit se hujus caussæ merito insimulari. Jamqve omnis Ingjaldi atqve Thordi consultatio palam facta est & Ingjaldus pecuniam qvam Thordo tradiderat reposcebat. Tunc Vigdisa illorum colloqvio adfuit atqve hæc illis ex meritis cessisse affirmavit, Thordum vero rogavit, ne hanc pecuniam retineret; nam tu Thorde, inqvit, hanc pecuniam parum honeste acqvisivisti. Thordus dixit, illam hujus rei potestatem sibi jam vindicasse. Tum Vigdisa domum ingressa ad arcam qvandam, qvæ Thordo erat, ibidem magni ponderis loculos invenit, hos sublatos foras secum ad illum locum, ubi esset Ingjaldus attulit, illum hunc thesaurum accipere jubebat. Ingjaldus ad hæc supercilia attollere atqve manum porrigere ad thesaurum accipiendum. Tum Vigdisa sublatis loculis nasum illi verberavit ita ut sangvis in humum deflueret, simul multa contumeliosa addidit dicta, negavitqve unqvam postea istam pecuniam illi traditum iri, & deinde illum abire jubebat. Jam Ingjaldus consilium qvam citissime abeundi optimum ratus, in viam se statim dedit, nunqvam intermisso itinere anteqvam domum perveniret, itineris eventus ægerrime ferens.

CAP. 16.

I þenna tíma kemr Ásgautr heim; Vigdís fagnar hönum vel, ok frétti hversu gódar vidtökur þeir hefdi at Saudafelli. Hann lætr vel yfir því ok segir henni ályktar-ord þau, er Þórólfr hafdi mælt; henni hugnadist þat vel; hefir þú nú Asgautr, sagdi hún, vel farit med þínu efni ok trúliga, skaltu nú ok vita skiótliga til hvers þú hefir unnit; ek gef þér frelsi sva at þú skalt frá þessum degi friáls madr heita, hér med skaltu taka vid fé því er Þórdr tók til höfuds Þórólfi frænda mínum, er nú féit betr nidr komit. Ásgautr þackadi henni þessa giöf med fögrum ordum. Þetta sumar eptir tekr Ásgautr sér fari í Dögurdar-nesi, og lætr skip þat í haf; þeir fá vedr stór ok ecki lánga útivist, taka þeir Noreg; sídan ferr Ásgautr til Danmerkr ok stadfestist þar, ok þótti hraustr dreingr, ok endar þar sögu frá hönum. En eptir rádagerd þeirra Þórdar godda ok Ingialds Saudeyar-goda, þá er þeir vildu ráda bana Þórólfi frænda Vigdísar, lét hún þar fiandskap í móti koma, ok sagdi skilit vid Þórd godda, ok fór hún til frænda sinna ok sagdi þeim þetta. Þórdr gellir tók ecki vel á þessu ok var þó kyrt. Vigdís hafdi ei meira fé á brott af Goddastödum enn gripi sína. Þeir Hvamveriar létu fara ord um, at þeir ætludu sér heimtíng fiár þess, er Þórdr goddi hafdi at vardveita, hann verdr vid þetta klöckr miök, ok rídr þegar á fund Höskuldar ok segir hönum til vandræda sinna, Höskuldr mælti: skotit hefir þér þá skelk í bríngu, er þú hefir ei átt at etia vid jafnmikit ofrefli. Þá baud Þórdr Höskuldi fé til lidveizlu ok kvadst ei mundu smátt á siá. Höskuldr mælti: reynt er þat, at þú vill at engi madr nióti fiár þíns, sva at þú sættist á þat. Þórdr sagdi: ei skal nú þat þó, því at ek vil giarna at þú takir handsölum á öllu fénu; sídan vil ek bióda Olafi syni þínum til fósturs ok

CAP. XVI.

Hoc fere tempore Asgautus domum rediit & a Vigdisa benigne exceptus simulqve rogatus, qvali hospitio Saudafelli usi sint; ille autem laudavit hospitium atqve novissima Thorolfi verba memoravit; hæc illi multum placuere. Tu jam, inqvit, Asgaute! bene atqve fideliter negotia tua perfecisti, statim itaqve scias, qvod tibi laboris præmium futurum sit: in libertatem te vindico, ita ut post hunc diem pro libero homine habendus sis, præterea accipias illam pecuniam, qvam Thordus pro capite Thorolfi propinqvi mei recepit, ita enim hæc pecunia in meliore loco deposita videtur. Pro hoc munere Asgautus multâ verborum elegantia illi gratias retulit. Eadem æstate Asgautus navi ad Dagverdarnes comparata, in altum vectus, atqve vehementiore usus vento ideoqve iter brevi emensus ad Norvagiam appulit, deinde Daniam profectus ibidem sibi fixit sedem, & ille qvidem ibi fortis vir habebatur; jamqve illius historiæ finis. Verum post factam pactionem inter Thordum Goddium atqve Ingjaldum Saudeyargodum, cum propinqvum Vigdisæ Thorolfum e medio tollere voluissent, illa viro inimicam se exhibuit atqve fecit divortium cum Thordo Goddio, & ad propinqvos abiit, & qvæ facta essent retulit. Thordo Gellero hoc parum placuit, tamen omnia silentio peracta; nec Vigdisa plus pecuniæ Goddastadis secum avexit, qvam cimelia sua. Viri Hvammenses sermonibus jactabant se illam pecuniam, qvam Thordus Goddius tutaretur, reqvisituros; ad hæc ille admodum contristatus ad Höskuldum eqvo vehitur atqve illi suas difficultates memoravit. Tunc Höskuldus: sane tibi antea metu correptus est animus qvando cum potentioribus contendendum erat. Tunc Thordus Höskuldo pecuniam obtulit ad opem sibi ferendam seqve haud parcum fore promisit. Höskuldus respondebat: expertum jam est, te talia nunqvam pacta inire, ut aliqvis opum tuarum particeps reddatur. Thordus dixit: Jam tamen ita non erit, nam dextra data tibi lubenter omnes opes tradere volo atqve insuper filio tuo Olavo educationem offerre & post meum obitum illi omnes opes testamento assignare, nullus enim

gefa hönum alt fé eptir minn dag, þvíat ek á engan erfíngia hér á landi, ok hygg ek at þá sé betr komit féit heldr enn frændr Vigdísar skelli hrömmum yfir. Þessu játadi Höskuldr ok lætr binda fastmælum. Þetta líkadi Melkorku þúngt, þótti fóstrit oflágt. Höskuldr kvad hana ei siá kunna: er Þórdr gamall madr ok barnlaus, ok ætla ek Olafi alt fé eptir hans dag; en þú mátt hitta hann ávalt er þú vilt. Sídan tók Þórdr vid Olafi VII vetra gömlum ok leggr vid hann mikla ást. Þetta spyria þeir menn er mál áttu vid Þórd godda, ok þótti nú fiárheimtan komin fastligarr enn ádr. Höskuldr sendi Þórdi gélli gódar giafir ok bad hann ei styggiast vid þetta, þvíat þeir máttu engi fégjöld heimta af Þórdi fyrir laga sakir, kvad Vigdísi engar sakir hafa fundit Þórdi þær, er sannar væri, ok til brautgángs mætti metast, ok var Þórdr ei at verr menntr, þótt hann leitadi sér nockurs ráds at koma þeim manni af sér er settr var á fé hans, ok sva var sökum horfinn sem hrísla eini; en er þessi ord komu til Þórdar frá Höskuldi ok þar med stórar fégjafir, þá sefadist Þórdr gellír, ok kvadst þat hyggia, at þat fé væri vel komit, er Höskuldr vardveitti, ok tók vid giöfum, ok var þetta kyrt sídan ok um nockurru færra enn ádr. Olafr vex upp med Þórdi godda ok gerist mikill madr ok sterkr, sva var hann vænn madr at ei fékst hans jafníngi. Þá er hann var XII vetra gamall, reid hann til þíngs, ok þótti mönnum þat mikit eyrindi úr ödrum sveitum at undrast hversu hann var ágætliga skapadr; þar eptir hélt Olafr sik at vapna-búnadi ok klædum; var hann því audkendr frá öllum mönnum. Miklu var rád Þórdar godda betra sídan Olafr kom til hans; Höskuldr gaf hönum kenníngar-nafn ok kalladi pá; þat nafn festist vid hann.

mihi est in hac terra hæres, tumqve mea bona melius collocata existimo, qvam si a Vigdisæ propinqvis infestis ungvibus arriperentur. Hæc qvidem pactio ab Höskuldo accepta atqve rata facta; Melkorkæ vero hæc ægre placebant, nam minus honorifica filii educatio visa. Höskuldus illam parum qvid e re esset sapere contendit; Thordum enim esse virum exactæ jam ætatis liberisqve orbum, se autem Olafo destinasse omnes opes post Thordi mortem, illam vero filium qvando luberet convenire posse. Tum Thordus Olavum septennem jam excepit eumqve intimo amore diligebat. Hoc ad illos viros delatum est, qvi cum Thordo Goddio lites agerent, jamqve reposcere pecuniam aliqvanto qvam antea visum difficilius. Höskuldus Thordo Gellero egregia misit munera simulqve rogavit, ne sibi ob ea, qvæ facta essent, succenderetur, contra Thordum jure grassari non licere ad pecuniam resposcendam; Vigdisam nullam veram culpam, qvæ sufficiens esset divortii caussa, apud Thordum reperisse, nec Thordum ob id virum minus honestum habendum esse contendit, si consilium qværeret, ad ablegandum virum, qvi illius solum opibus sustentaretur, et qvi esset cinctus culpis, uti frutex juniperi aculeis (obsitus est). Hic autem Höskuldi nuntius simulcum magnis muneribus cum ad Thordum perveniret, Thordus Gellerus sane mitigatus, dixit, se illam pecuniam, qvam Höskuldus tutaretur, bene locatam existimare, tumqve munera accepit; deinde res ad silentium reducta et familiaritas aliqvanto evasit infreqventior. Jam Olavus apud Thordum Goddium adolescens, magnæ staturæ vir atqve robustus factus est, & tantum venustate excellebat ut illi similis nemo inveniretur. Duodecim annos natus ad Comitia (generalia) eqvo vectus est, & tum qvidem homines ex diversis regionibus convenientes sat magni momenti negotia se peregisse rebantur, si juvenis præstantiam formæ admirari contingeret, similis qvoqve erat Olavo armorum atqve vestimentorum splendor, ideoqve in multitudine hominum facile noscebatur. Post adventum Olavi, Thordi Goddii conditio multum in melius mutabatur. Höskuldus filio cognomen indidit atqve vocavit illum Pa (i. e. pavonem) & id qvidem retinuit nomen.

CAP. 17.

Þat er sagt frá Hrapp at hann gerdist úrigr vidreignar, veitti nú nábúum sínum sva mikinn ágáng, at þeir máttu varla halda lut sínum fyrir hönum. Hrappr gat ecki fáng á Þórdi fengit sídan Olafr færdist á fætr. Hrappr hafdi skaplyndi it sama, en orkan þvarr, þvíat elli sótti á hendr hönum, sva at hann lagdist í reckiu af; þá kalladi Hrappr til sin Vigdísi konu sína ok mælti: ecki hefi ek verit kvelli-siukr, sagdi hann, er ok þat líkast at þessi sótt skilji varar samvistir; en þá at ek em andadr þá vil ek mér láta gröf grafa í elldhúsdyrum, ok skal mik nidr setia standanda þar í dyrunum, má ek þá enn vendiligarr siá yfir hýbýli mín; eptir þetta deyr Hrappr; sva var med öllu farit sem hann hafdi fyrirsagt; en sva íllr sem hann var vidreignar þá er hann lifdi, þá jók nú miklu vid, er hann var daudr, þvíat hann geck miög aptr; sva segia menn, at hann deyddi flest hión sín í aptrgöngunni, hann gerdi mikinn ómaka þeim flestum er í nánd biuggu; nú var eyddr bærinn á Hrappstödum. Vigdís kona Hrapps rédst vestr til Þorsteins surts bródur síns; tók hann vid henni ok fé hennar. Nú var enn sem fyrr at menn fóru á fund Höskuldar ok sögdu hönum til þeirra vandræda, er Hrappr gerir mönnum, ok bidia hann nockut or ráda. Höskuldr kvad sva vera skylldu, ferr med nockura menn á Hrappstadi ok lætr grafa upp Hrapp ok færa hann í brott þar er sízt væri fiárgángr í nánd edr mannaferdir; eptir þetta nemast af heldr aptrgöngr Hrapps. Sumarlidi son Hrapps tók fé eptir hann, ok var bædi mikit ok frítt. Sumarlidi gerdi bú á Hrappstödum um varit eptir, ok er hann hafdi þar litla hríd búit, þá tók hann ærsl ok dó litlu sídarr; nú á Vigdís módir hanns at taka þar ein fé þetta alt; hún vill ei fara til landsins á Hrappstödum; tekr Þorsteinn surtr fé þetta undir sik til vard-

CAP. XVII.

De Hrappo memoratum, qvod ille jam iis, qvi negotia aliqva cum eo haberent, iniqvior fieri & accolas tantis afficere injuriis, ut ægre suas res ab illius impotentia vindicare valerent. Postqvam Olavus adolevit, Hrappus nunqvam nactus est occasionem Thordum opprimendi. Hrappo mens qvidem immutata sed robur minutum, nam adeo urgebat senectus ut in lecto se continere cogeretur. Tum Hrappus uxorem Vigdisam ad se vocatam ita alloqvebatur: non hactenus cum morbis sum conflictatus & verisimillimum videtur hunc morbum nostram consvetudinem esse diremturum, verum qvando diem obiero, postulo ut mihi fiat sepulcrum in foribus culinæ atqve ut stans in illis foribus sepeliar, ita enim mihi erit facilior habitaculorum conspectio; postea Hrappus moritur, & omnia ita peracta uti præscripserat, verum qvanqvam in vivis sat iniqvus esset illis, qvi negotia cum illo haberent, tamen post mortem multo scelestior, nam freqvens post mortem apparuit, & qvidem ferunt illius manes maximam partem familiæ occidisse. Plerosqve accolarum qvoqve multum vexavit. Villa Hrappstadis deserta. Vigdisa Hrappi uxor occidentem versus ad fratrem Thorsteinum Surtum confugit. Ille Sororem cum opibus benigne excepit. Jam homines, uti antea, ad Höskuldum multum convenire, & sua qvisqve qveri mala, qvibus a Hrappo vexarentur, atqve Höskuldum flagitare uti aliqvo consilio illos adjuvaret. Höskuldus se ita facturum promisit; deinde cum paucis Hrappstados proficiscitur, Hrappumqve e sepulcro sublatum, deportandum curavit in locum a pascuis pecorum atqve itineribus hominum remotiorem, qvo facto Hrappi manes rarius visæ. Sumarlidius Hrappi filius patris magnas atqve splendidas opes occupavit. Et seqvente vere Sumarlidius rem domesticam Hrappstadis capessivit; cujus curam per exiguum tempus cum gessisset, insania correptus, paullo post diem obiit; jam Vigdisa Sumarlidii mater istarum opum omnium jure hæres, agrum Hrappstadensem occupare noluit. Thorsteinus Surtus itaqve hanc omnem pecuniam ad se tutandam recepit.

veizlu. Þorsteinn var þá hníginn nockut ok þó enn hraustasti ok vel hress.

CAP. 18.

I þann tíma hófust þeir upp til mannvirdíngar í Þórsnesi frændr Þorsteins, Börkr enn digri ok Þorgrímr bródir hans; brátt fanst þat á, at þeir brædr vildu þá vera þar mestir menn ok mest metnir, ok er Þorsteinn finnr þat, þá vill hann ei vid þá bægjast, lýsir því fyrír mönnum at hann ætlar at skipta um bústadi, ok ætladi at fara bygdum á Hrappstadi í Laxárdal. Þorsteinn surtr bió ferd sína af varþíngi, en smali var rekinn eptir ströndinni. Þorsteinn skipadi feriu ok geck þar á med XIIta mann, var þar Þórarinn á mágr hans, ok Osk Þorsteins dóttir ok Hilldr Helga dóttir, er enn fór med þeim, ok var hún þrévetr. Þorsteinn tók útsýnníng hvassan; sigla þeir inn at straumum í þann straum, er hét Kolkistu-straumr; sá er í mesta lagi þeirra strauma, er á Breidafirdi eru; þeim tekst siglíngin úgreitt; heldr þat mest til þess, at þá var komit útfall siáfar, en byrrinn ecki vinveittr, þvíat skúra-vedr var á, ok var hvast vedrit þá er rauf, en vindlítit þess í milli. Þórarinn stýrdi, ok hafdi attaumana um herdar sér, þvíat þraungt var á skipinu, vard hirzlum mest hladit ok vard hárr farmrinn, en löndin voru nærr; geck skipit lítit, þvíat straumrinn gerdist ódr at móti; sídan sigla þeir á sker upp og brutu ecki at. Þorsteinn bad fella seglit sem skiótast, bad menn taka forka ok ráda af skipinu; þessa ráds var freistat ok dugdi ei; þvíat sva var diúpt á bædi bord at forkarnir kendu ei nidri, ok vard þar at bída atfalls; fiarar nú undan skipinu; þeir sá sel í strauminum um daginn, meiri miklu enn adra, hann fór í hríng um skipit um daginn, ok var ecki fitiaskammr; sva sýndist þeim öllum sem manns augu væri í hönum, Þorsteinn bad þá skióta selinn. Þeir leita vid ok kom fyrir

Thorsteinus tum sane natu grandior, verum tamen erat robustus & sat bona utens valetudine.

CAP. XVIII.

Hoc tempore Thorsnesi Thorsteini cognatorum, Börki Digri (crassi) atqve Thorgrimi fratris illius, increscens dignitas hoc sane fuit conspicua, qvod illi fratres plurimum & re & existimatione pollere postulabant; qvo comperto Thorsteinus, ne controversiæ locus esset, palam fecit: se habitacula commutaturum, sedemqve Hrappstados in Laxardalum translaturum. Thorsteinus Surtus e conventu verno profectionem paravit & pecora jam per littus agebantur. Thorsteinus cum duodecim scapham conscendit. In illis erat Thorarinus illius gener & Oska Thorsteini filia atqve Hildura Helgi filia tum trima, præter alios itineris socios. Thorsteinus libanotho ferente vehementiore, per adversa maris flumina delatus est in id flumen, qvod Kolkistustraumus nuncupatur, (illud rapidissimum est fluminum Breidafjördensium). Jam navigatio minus expedita facta, eo potissimum, qvod recessus maris aderant, ventus autem iniqvior, nam imbres erant freqventes & diductis nubibus procella ciebatur, alias autem ventus plane cessabat. Thorarinus regebat navim, & humeros funibus gubernaculi circumdederat, erat enim navis admodum referta & potissimum arcis onusta, eoqve onus elatius, propinqva autem terra, sed navis cursus lentior, nam fluminis vis crevit eratqve contraria; dein scopulo alliditur, tamen absqve naufragio. Thorsteinus velum deducere jubebat atqve arreptis contis navim e scopulo propellere; hoc qvidem consilium experiebantur, verum sine effectu, nam ab utroqve latere tanta erat aqvæ altitudo, ut conti fundum haud attingerent, ideoqve veniliam operiri cogebantur, sed prius aqva a scopulo recedebat; ea die phocam in flumine conspexerunt, qvæ solitas multum magnitudine superavit; illa per diem haud brevibus passibus navim circumiverat, omnibus nautis humani illi inesse oculi visi. Thorsteinus socios phocæ telum immittere rogabat & illi qvidem hujus rei irritum fecerunt periculum.

ecki. Sídan féll siórr at, ok er nærr hafdi at skipit mundi flióta, þá rekr á hvassvidri mikit ok hvelfir skipinu, ok druckna nú menn allir þeir er þar voru á skipinu, nema einn madr, þann rak á land med vidum, sá hét Gudmundr; þar heita sídan Gudmundar eyar. Gudrídr átti at taka arf eptir Þorstein surt frænda sinn, er átti Þorkell trefil. Þessi tídindi spyriast vída, druknun Þorsteins surts ok þeirra manna er þar höfdu látist. Þorkell sendir þegar ord þessum manni Gudmundi, er þar hafdi á land komit, ok er hann kemr á fund Þorkels, þá slær Þorkell vid hann kaupi á laun, at hann skyldi sva greina frásögu um atburd þenna, um líflát manna, sem hann segdi fyrir; þvi játti Gudmundr; heimtir nú Þorkell af hönum frásögn um atburd þenna sva at margir menn voru hiá. Þá segir Gudmundr sva: kvad Þorstein hafa fyst druknat, þá Þórarinn mág hans, þá átti Hildr at taka féit, þvíat hún var dóttir Þórarins; þá kvad hann meyna drukna, þvíat þar nærst var Osk hennar arfi, ok lézt hún þeirra sídast; bar þá féit alt undir Þorkel trefil, þvíat Gudrídr kona hans átti fé at taka eptir systur sína. Nú reidist þessi frásögn af Þorkatli ok hans mönnum, en Gudmundr hafdi ádr nockut ödruvísa sagt. Nú þótti þeim frændum Þórarins nockut efanlig siá saga, ok kölludust þeir ei mundu trúnat á leggia raunarlaust, ok töldu þeir sér fé hálft vid Þorkel, en Þorkell þykist einn eiga ok bad gera til skírslu at sid þeirra. Þat var þá skírsla í þat mund at gánga skyldi undir jardarmen, þar er torfa var ristin or velli, skyldu endarnir torfunnar vera fastir í vellinum, en sá madr er skírsluna skyldi fram flytja, skyldi þar gánga undir. Þorkell trefill grunar nockut hvart þanneg mun farit hafa um líflát manna, sem þeir Gudmundr höfdu sagt it sídarra sinni. Ecki þóttust heidnir menn minna eiga í ábyrgd, þá er slíka luti skyldi fremia, en nú þykiast eiga kristnir menn, þá er skírslur eru gervar. Þá vard sá skírr, er undir jard-

Jam mare accessit, verum cum aqva navim ferme sublevasset, exorta procella, navis subversa & omnes mortales qvi in navi erant, submersi, uno excepto, qvi cum lignis in terram ejectus est; illi Gudmundus nomen, atqve inde loco, Insulæ Gudmundinæ. Gudrida Thorkilli Trefilli uxor Thorsteino Surto cognato suo legitima hæres. Jam hic nuntius de Thorsteini Surti ceterorumqve mortalium qvi ibi interierant demersione late circumlatus. Thorkillus Gudmundum hunc, qvi e naufragio in terram evaserat, ad se vocavit, qvi cum Thorkillum conveniret, secretam cum illo pactionem iniit: uti nautarum mors qvo pacto accidisset, ex Thorkilli præscripto referret. Gudmundus se ita facturum promisit. Deinde Thorkillus præsenti multitudine hominum a Gudmundo poscebat, ut sibi hunc eventum memoraret. Tunc Gudmundus rem ita exposuit: Thorsteinum primum submersum affirmavit, deinde generum illius Thorarinum; tum hæreditas ad Hilduram delata, illa enim Thorarini filia; postea hanc qvoqve virginem suffocatam, nam illi Oska proxima hæres, eamqve dixit postremam interiisse, & tum qvidem omnes opes Thorkillo Trefillo deferendæ, illius enim uxor Gudrida sorori hæres legitima. Jam hoc testimonium per Thorkillum atqve illius socios divulgatum, sed Gudmundus antea aliqvantum discrepantem rei expositionem exhibuerat. Hæc jam relatio propinqvis Thorarini parum videri citra dubitationem, et illi negare se rei haud planius compertæ fidem habituros, dimidiumqve pecuniæ a Thorkillo reposcere. Thorkillus vero sibi soli eam esse contendere, atqve illius rei usu receptum tecmerion offerre). Tum temporis hoc tecmerii loco habitum: Vivus fuit cespes subeundus & ille cespes e campo ita resecandus, ut uterqve finis cespitis terræ adhæreret; ille autem vir, cui tecmerion producendum, cespitem subire debuit. Thorkillus Trefillus religione commotus est, ne alio ordine, qvam Gudmundus ultima vice affirmasset, hominum interitus accidisset. Nec pagani tum minoris referre autumabant, qvando talia negotia peragerentur, qvam nunc pu-*

---

*) *Sic vocem* Skírsla *dandam censemus; nam* Skírsla *est signum religiosum in alicujus rei testificationem, juramenti loco habitum, qvod græca hac voce melius, qvam ulla latina, qvæ nobis saltem nota sit, exprimi arbitramur.*

armen geck, ef torfan féll ei á hann. Þorkell gerdi rád vid II menn, at þeir skyldu sik láta á skilia um einhvern lut ok vera þar nærr staddir þá er skírslan væri frömd ok koma vid torfuna sva miök, at allir sæi at þeir feldi hana. Eptir þetta rædr sá til er skírsluna skyldi af höndum inna, ok jamskiótt sem hann var kominn undir jardar-menit, hlaupast þessir menn at mót med vapnum, sem til þess voru settir, mætast þeir hiá torfu-bugnum ok liggia þar fallnir, ok fellr ofan jardar-menit sem van var; sídan hlaupa menn í millum þeirra ok skilia þá, var þat audveldt, þvíat þeir börđust med engum háska. Þorkell trefill leitadi ordróms um skírsluna, mæltu nú allir hans menn, at vel mundi hlýtt hafa, ef engir hefdi spilt. Sídan tók Þorkell lausafé alt, en löndin leggiast upp á Hrappstödum.

CAP. 19.

Nú er frá Höskuldi at segia, at rád hans er virduligt; var hann höfdíngi mikill; hann vardveitti mikit fé, er átti Hrútr Heriólfsson bródir hans. Margir menn mæltu þat at nockut mundu gánga skorbíldar í fé hans, ef hann skyldi vandliga útgialda módur-arf hans. Hrútr er hirdmadr Haralds konúngs Gunnhildarsonar, ok hafdi af hönum mikla virdíng; hélt þat mest til þess, at hann gafst bezt í öllum mannraunum, en Gunnhildr drottníng lagdi sva miklar mætr á hann sva at hún hélt engan hans jafníngia innan hirdar, hvarki í ordum né ödrum lutum; en þó at mannjafnadr væri hafdr ok til ágætiss manna talat, þá var þat öllum mönnum audsætt, at Gunnhildi þótti hyggiuleysi til gánga edr öfund, ef nockurum manni var til Hrúts jafnat. Medr því at Hrútr átti at vitia til Íslands fiárhlutar mikils ok göfugra frænda, þá fýsist hann at vitia þess; býr nú ferd sína til Íslands; konúngr gaf hönum skip at skilnadi ok kalladist hann reynt hafa at gódum dreing. Gunnhildr

tant christjani si juramenta perficiuntur. Tum ille sufficiens testimonium edidisse creditus, cui vivum cespitem subeunti cespes non superincideret. Thorkillus duos viros ita instruxit, ut de aliqva re controversiam sibi fingerent, atqve prope adstarent cum tecmerion ederetur atqve ita attingerent cespitem, ut omnibus cernere liceret illos eundem stravisse. Tum ille, cui tecmerion peragendum, hunc ritum inchoavit, & cum jam in eo esset, ut cespitem subiret, illi viri, qvi in id ipsum erant compositi, se invicem infesta manu adgressi ad arcum cespitis convenerunt atqve ibi procubuere, nec mirum si cespes prosternebatur. Jam homines convenerunt ad intercedendum eosqve dirimebant, id qvod facile fiebat cum certamen citra iram ageretur. Tum Thorkillus de tecmerio sermones pertentare & socii omnes confirmare illud ratum futurum, ni perturbatores exstitissent. Deinde Thorkillus omnia ruta cæsa occupavit; ager vero Hrappstadensis desertus est.

CAP. XIX.

De Höskuldo jam memorandum, qvod illius florentissimæ res, ipseqve habitus inter primos optimatum. Multa pecunia Hruti Herjolfi filii atqve fratris Höskuldi apud illum conservabatur. Complures de hoc jactabant sermones, qvod Höskuldi opes inde haud leve detrimentum accepturæ forent, si Hruti materna hæreditas ad ungvem solvenda esset. Hrutus regis Haraldi Gunnhildæ filii fuit aulicus & in maximo qvidem honore, eo potissimum, qvod in periculis fortissimus compertus est. Regina autem Gunnhilda tanti illum existimavit, ut neminem aulicorum nec dictis nec aliis rebus illi æqvandum censeret. Etqvidem si comparatio virorum facta est & de præstantia eorum sermones inciderunt, hoc sane omnibus conspicuum, Gunnhildam, aut stultitiam aut invidiam in caussa esse credere, siqvis homo cum Hruto compararetur. Hrutum cum in Islandia magnæ opes atqve propinqvi nobiles expectarent, eos visendi cupiditate captus, ad Islandiam proficisci parat. Rex ab illo discedens navim illi dono dedit, dixitqve se illum honestum esse virum expertum. Gunnhilda Hrutum ad navim comitata ita

leiddi Hrút til skips ok mælti: ecki skal þetta lágt mæla, at ek hefi þik reyndann at miklum ágætismanni, þvíat þú hefir atgervi jafnframt hinum beztum mönnum hér í landi, en þú hefir vitsmuni lángt umframm; sídan gaf hún hönum gullhríng ok bad hann vel fara; brá sídan skickiunni at höfdi sér ok geck snúdigt heim til bæar; en Hrútr stígr á skip ok siglir í haf, hönum byriadi vel ok tók Breidafiörd, hann siglir inn at eyum; sídan siglir hann inn Breidasund ok lendir vid Kambsnes ok bar bryggiur á land. Skipkvaman spurdist ok sva þat, at Hrútr Heriólfsson var stýrimadr; ecki fagnar Höskuldr þessum tídindum ok ei fór hann á fund hans. Hrútr setr upp skip sitt ok býr um; þar gerdi hann bæ er sídan heitir á Kambsnesi. Sídan reid Hrútr á fund Höskuldar ok heimtir módur-arf sinn. Höskuldr kvadst ecki fé eiga at gialda, kvad ei módur sína hafa farit félausa af Islandi, þá er hún kom til móts vid Heriólf. Hrúti líkar ílla ok reid í brott vid sva búit; allir frændr Hrúts gera sæmiliga til hans adrir enn Höskuldr. Hrútr bió III vetr á Kambsnesi ok heimtir jafnan fé at Höskuldi á þíngum edr ödrum lögfundum ok var vel taladr; kölludu þat flestir at Hrútr hefdi rétt at mæla, en Höskuldr flutti þat, at Þorgerdr var ei at hans rádi gipt Heriólfi; en Hrútr lét þá módur sína lögrádandi ok skilia vid þat. Þat sama haust eptir fór Höskuldr at heimbodi til Þórdar godda; þat spyrr Hrútr ok reid hann á á Höskuldsstadi vid XIIta mann, hann rak á brott naut XX, jamnmörg lét hann eptir. Sídan sendi hann mann til Höskuldar ok bad seigia hvört væri fiárins at leita. Húskarlar Höskuldar hlaupa þegar til vapna ok voru görd ord þeim er nærstir voru ok urdu þeir XV saman, reid hverr þeirra sva sem mátti hvatligast. Þeir Hrútr sá ei fyrr eptirreidina enn þeir áttu skamt til gards á Kambsnesi, stíga þeir Hrútr þegar af baki ok binda hesta sína, gánga framm á mel nockurn ok sagdi Hrútr, at þeir mundu þar vid taka; kvadst þat hyggia þótt seint gengi

alloqvebatur: Haud dissimulabo me satis compertum habere, te virum esse præstantissimum, tu enim excellentissimos hujus terræ viros virtute adæqvas, prudentiæ autem laude illos multum superas. Tum illi aureum dedit annulum atqve valere jubebat, deinde amiculo caput obtegit atqve in urbem citato gradu rediit. Hrutus vero navim conscendebat, vela dedit ventis, atqve vento usus secundo ad Breidafjördum pervenit, tum cursu introrsum flexo ad insulas (Breidfjördenses) navigavit & intravit Fretum, qvod latum vocatur (Breidasund) atqve Kambsneso appulit & ponticulos in terram ejecit; jam nuntius de navis adventu qvodqve Hrutus Herjolfi filius ejus esset gubernator divulgatus est; hoc nuntio Höskuldus parum lætatus est nec ille fratrem convenit. Hrutus navi subducta atqve composita, exstruxit villam, qvæ Kambsnesum vocata est. Tum Hrutus ad Höskuldum eqvo vectus, maternam hæreditatem exposcebat. Höskuldus sibi pecuniam solvendam esse negavit, nec matrem inopem ab Islandia migrasse cum Herjölfum convenisset. Hæc Hruto parum placuere dicta, irrita itaqve re abiit. Omnes Hruti propinqvi præter Höskuldum generose erga illum egerunt. Hrutus tres hyemes (annos) Kambsnesi habitabat, & plerumqve in comitiis aliisqve conventibus legalibus pecuniam ab Höskuldo poscebat atqve diserte suam egit caussam. Compluribus ita visum, qvod Hrutus justam ageret caussam; Höskuldus autem contendebat Thorgerdam præter suum consilium Herjolfo nuptam. Hrutus contra matrem tum sui juris fuisse asseruit; ita discessum est. Eodem autumno Höskuldus convivium apud Thordum Goddium adiit; hujus rei fama ad Hruti aures perlata, tumqve ille cum XII viris Höskuldstados profectus est & totidem relictis XX boves abegit, simul Höskuldo misit nuntium qvi certiorem illum faceret, ubi armentum qværendum esset. Höskuldi famuli armis statim arreptis, proximos accolas nuntio ad se convocavere, ita XV convenere. Qvisqve qvam potuit maxime eqvi gradum accelerabat. Hrutus atqve illius socii non prius conspexerunt perseqventes, qvam ubi ad villam Kambsnesum haud multum reliqvum erat viæ. Tum Hrutus cum sociis statim ab eqvo descendebat atqve vinxit eqvos & in locum qvendam lapideum progressus ibi hostem excipere jubebat, dixitqve sibi esse in animo

fiárheimtan vid Höskuld, at ei skyldi þat spyriast, at hann rynni fyrir þrælum hans. Förunautar Hrúts sögdu at lidsmunr mundi vera. Hrútr kvadst þat ecki hirda, kvad þá því verrum förum fara skyldu sem þeir væri fleiri. Þeir Laxdælir hliópu af hestum sínum ok biuggust nú vid. Hrútr bad þá ecki meta munin ok hleypr í móti þeim; hann hafdi hiálm á höfdi, en sverd brugdit í hendi, en skiöld í annarri, hann var vígr allra manna bezt, ok var Hrútr þá sva ódr, at fáir gátu fylgt hönum; bördust vel hvarirtveggiu um hríd, en brátt fundu þeir Laxdælir þat, at þeir áttu þar ei vid sinn maka, sem Hrútr var, þvíat þá drap hann tva menn í einu athlaupi. Sídan bádu Laxdælir sér grida. Hrútr kvad þá víst hafa skyldu grid. Húskarlar Höskuldar voru þá allir sárir þeir er uppstódu, en IIII. voru drepnir. Hrútr fór heim ok var nockut sárr, en förunautar hans lítt edr ecki, þat hann hafdi sik mest frammi haft; er þat kalladr Orrostudalr sídan þeir bördust þar. Sídan lét Hrútr afhöggva féit. Þat er sagt frá Höskuldi, at hann kippir mönnum at sér er hann spyrr ránit ok reid hann heim; þat var miök jamskiótt at húskarlar hans koma heim, þeir sögdu sínar ferdir ecki sléttar. Höskuldr verdr vid þetta ódr ok kvedst ætla at taka ei optarr af hönum rán ok manntión; safnar hann mönnum þann dag allan at sér. Sídan geck Jórunn húsfreya til tals vid hann ok spyrr at um rádagerd hans. Hann segir: litla rádagörd hefir ek stofnat, en giarna vilda ek at annat væri optarr um at tala enn um dráp húskarla minna. Jórunn segir: þessi ætlun er ferlig, ef þú ætlar at drepa slíkan mann sem bródir þinn er; enn sumir menn kalla at ei sé sakleysi í þótt Hrútr hefdi fyrr þetta fé heimt; hefir hann þat nú sýnt at hann vill ei vera hornúngr lengr þess, er hann átti, ok er þat, sem hann átti kyn til; nú mun hann hafa ei fyrr þetta rád upptekit at etia kappi vid þik, enn hann mun vita sér nockurs traustz van af hinum meirum mönnum, þvíat mér er sagt, at farit munu hafa ordsend-

qvod qvamvis pecunia ab Höskuldo non sine molestia recuperaretur, tamen illam sui famam relinqvere, qvod ab Höskuldi servis haud in fugam conjectus esset. Hruti socii discrimen esse virium contenderunt; Hrutus id se curare negavit & qvanto plures essent hostes, tanto turpiore clade interituros asseruit. Jam Laxdalenses ex eqvis desilire seqve ad prœlium parare. Hrutus vero suos hortari, ne virium discrimine moverentur & ipse cum hoste concurrere. Capite galeatus, strictum altera manu gladium, altera clypeum tenebat; armorum usu omnes antecelluit, tumqve tanta erat Hruti ferocitas, ut pauci illum seqvi valerent. Per aliqvod tempus pugnatum ab utraqve parte fortiter, brevi autem experti Laxdœlenses sibi cum æqvali haud esse negotium, ubi cum Hruto conflixerunt, tum enim uno impetu duos occidebat. Jam Laxdœlenses pacem petiere. Hrutus dixit se illis sane veniam daturum; tum omnes Höskuldi famuli adhuc superstites saucii, qvatuor autem occisi. Hrutus domum rediit, non sine vulnere, illius autem socii aut pauca acceperant, aut expertes vulnerum fuere, ipse enim Hrutus maximis sese periculis exposuerat. Post hanc pugnam loco Orustudalus (pugnœ vallis) nomen. His peractis Hrutus armentum detruncare jubebat. De Höskuldo memoratum, qvod populatione comperta, subitarios colligens domum eqvo vehitur; eodem fere tempore famuli domum redierunt, suamqve cladem conqverebantur. Höskuldus ad hæc ira effervescens, negat se a Hruto sæpius populationem atqve cladem accepturum & per totum hunc diem homines ad se collegit. Tum uxor Jorunna cum illo colloqvium petens, qvid jam moliretur rogavit. Ille respondit: parvas eqvidem molimur res; hoc autem valde concupiverim, ut de aliis rebus potius, qvam de nostrorum famulorum cœde sermones jactarentur. Jorunna dixit: nefandum hoc est propositum, si talem virum, qvalis est tuus frater, occidere in animo habes, nam prœterea sunt, qvi Hrutum haud immerito fecisse autument, etiamsi prius hoc armentum abstulisset; jam vero hoc manifestum reddidit, qvod depelli noluit a justa possessione hœreditaria. Verum jam opinor illum non hoc cepisse consilium litis tecum agendœ, qvam alicunde nactus sit auxilii spem a qvibusdam optimatum; nam relatum mihi est clandestinos nuntios

íngar í hliódi milli þeirra Þórdar gellis ok Hrúts, mundi mér slíkir hlutir þykia í siá-verdir; mun Þórdi þykia gott at veita at slíkum hlutum, er sva brýn eru mála-efni; veiztu ok þat Höskuldr sídan er mál þeirra Þórdar godda ok Vigdísar urdu, at ecki verdr slík blída á med yckr Þórdi gelli sem ádr, þóttú kæmir í fyrstu af þér med fégiöfum fiandskap þeirra frænda; hygg ek ok þat Höskuldr, segir hún, at þeim þykir þú þar raunar miök sitia yfir sínum lut ok son þinn Olafr; nú þætti oss hitt rádligra, at þú bydir Hrúti bródur þínum sæmiliga, *þvíat þar er fángs van af frekum úlfi;* vænti ek þess, at Hrútr taki því vel ok líkliga, þvíat mér er madrinn sagdr vitr, mun hann þat siá kunna; at þetta er hvarstveggia yckar sómi. Höskuldr sefadist miök vid fortölur Jórunnar, þykir hönum þetta vera sannligt. Fara nú menn í milli þeirra er voru beggia vinir, ok bera sættar-ord af Höskuldar hendi til Hrúts, en Hrútr tók því vel, kvadst at vísu vilia semia vid Höskuld; kvadst þess fyri laungu hafa búinn verit, at þeir semdi sína frændsemi eptir því sem vera ætti, ef Höskuldr vildi hönum rétts unna. Hrútr kvadst ok Höskuldi vilia unna sóma fyrir afbrigd þau, er hann hafdi gört af sinni hendi; eru nú þessi mál sætt, ok samit í milli þeirra brædra Höskuldar ok Hrúts, taka þeir nú upp frændsemi sína góda hédan í frá. Hrútr gætir nú bús síns ok gerist mikill madr fyrir sér, en ecki var hann afskiptinn um flesta luti, en vildi ráda því er hann hlutadist til. Hrútr þokadi nú bústad sínum; hann bió þar sem nú heitir á Hrútstödum alt til elli; hof átti hann í túninu, sér þess enn merki; þat er nú kallat Tröllaskeid; þar er nú þiódgata. Hrútr kvangadist ok féck konu þeirrar, er Unnr hét, dóttir Mardar gýgu. Unnr geck frá hönum; þar af hófust deilur þeirra Laxdæla ok Fliótshlídínga. Adra konu átti Hrútr þá er Þorbiörg hét, hún var

inter Thordum Gellerum atqve Hrutum commeasse; talia sane concilia mihi citra suspicionem non videntur; nam Thordum tales caussas, qvæ tam manifesto jure agantur, libenter adjuvare opinor; hoc enim satis nosti, Höskulde, qvod post Thordi Goddi atqve Vigdisæ divortium, te nunqvam tanta Thordi Gelleris amicitia, qvanta antea, usum esse; etiamsi in principio hujus gentis odium muneribus a te propelleres. Simul hoc autumo, mi Höskulde, dixit Jorunna, illos indignari, te atqve filium tuum Olavum eorum opes occupasse. Jam illud magis svadendum existimo, ut fratri tuo Hruto honorificas conditiones offeras, nam ibi a lupo feroci certamen sperandum*), et qvidem spero illum tale benignum atqve lætum accepturum, namqve mihi relatum est: illum esse virum prudentem, itaqve sane intelliget hoc utriqve vestrum magis decorum esse. Jorunnæ monitis Höskuldi ira multum defervescebat, nam æqva afferre visa; jam inter fratres viri utriqve amici commeabant, placantemqve nuntium ab Höskuldo ad Hrutum pertulere, qvem qvidem Hrutus lætus accepit; dixitqe se utiqve cum Höskuldo in gratiam redire velle, jam diu se paratum consangvinitatis respicere jura uti æqvum esset, si Höskuldus erga se juste agere vellet. Præterea dixit Hrutus se Höskuldo illa damna qvæ illi intulisset restituere velle. Deinde istæ lites decisæ atqve compositæ inter fratres Höskuldum atqve Hrutum, indeqve coeptus consangvinitatis amor. Jam Hrutus rei familiaris gerere curam atqve augeri potentia; plerumqve abstinens ab alienis negotiis, si tamen cujusdam rei curam aliqva ex parte suscipiebat, illius potestatem penes se esse postulavit. Postea Hrutus sedes mutavit atqve habitavit in illo loco, qvi nunc Hrutsstadi dicitur ad senectutem usqve. Templum in agro struxerat, illius adhuc vestigia remanent: locus vocatur Tröllaskeid (curriculum gigantum); publica jam ibi via. Hrutus uxorem Unnuram nomine, Mördi Gigjæ filiam, in matrimonium duxit. Unnura ab illo abiit; inde Laxdölensium atqve Fliotshlidingorum ortæ con-

*) Verti hoc qvoqve potest ita uti contrarium sensum reddat; verum cum utraqve translatio cum cæteris æqve congruere videatur, nescimus qvæ sit præferenda. Hæc autem alia translatio: lupus enim ferox optimam exhibet capturæ spem.

Armóds dóttir. Enn átti Hrútr hina þridiu konu ok nefnum vér hana ei. XVI sonu átti Hrútr ok X dætr vid þessum II konum. Sva segia menn at hann væri sva á þíngi eitt sumar, at XIV synir hans væri med hönum; því er þessa getit, at þat þótti vera rausn mikil ok afli; þvíat allir voru gerviligir synir hans.

CAP. 20.

Höskuldr sitr nú í búi sínu ok gerist hníginn á enn efra aldr, en synir hans eru nú þroskadir. Þorleikr gerir bú á þeim bæ, er heitir á Kambsnesi, ok leysir Höskuldr út fé hans; eptir þetta kvangast hann, ok féck konu þeirrar, er Giaflaug hét, dóttir Arnbiarnar Sleitu-Biarnarsonar ok Þorlaugar Þórdar dóttur frá Höfda; þat var göfugt kvanfáng, var Giaflaug væn kona ok ofláti mikill. Þorleikr var engi dældar-madr ok enn mesti garpr. Ecki lagdist miök á med þeim frændum Hrúti ok Þorleiki. Bárdr son Höskuldar var heima med födr sínum; hafdi hann þá umsýslu ecki minnr enn Höskuldr. Dætra Höskuldar er hér ei getit miök, þó eru menn frá þeim komnir. Olafr Höskuldsson er nú ok frumvaxti ok er allra manna frídastr sýnum, þeirra er menn hafi sét, hann bió á Melkorkustödum, sem fyrr var ritat. Höskuldr veik meirr af sér umsiá um rádahag Melkorku, enn verit hafdi, kvadst hönum þat þykia ecki sídr koma til Olafs sonar hennar; en Olafr kvadst henni veita skyldu sína ásiá slíka sem hann kunni at veita henni. Melkorku þykir Höskuldr gera svívirdiliga til sín; hefir hún þat í hug sér at gera þá luti nockura, er hönum þætti ei betr. Þorbiörn skriúpr hafdi mest veitt umsiá um bú Melkorku; vakit hafdi hann bónord vid hana, þá er hann hafdi nockra hríd hiá henni verit, en Melkorka tók því fiarri. Skip stód uppi á Bordeyri í Hrútafyrdi; Örn hét stýrimadr, hann var hirdmadr Har-

tentiones. Alia deinde Hruto uxor Thorbjörga nomine, Armodi filia; tertia adhuc uxor Hruto, cujus non adferimus nomen. Cum his duabus ultimis uxoribus Hrutus XVI filios atqve X genuit filias. Memoriæ traditum est illum comitiis universalibus qvadam æstate cum XIV filiis interfuisse; hoc eam ob causam memoratum, qvod insignis roboris atqve opulentiæ signum habitum est, nam omnes Hruti filii virili fuerunt aspectu.

CAP. XX.

Jam Höskuldus in sua villa qvietus, ætate grandior factus est; filii jam qvidam erant adulti. Thorleikus in villa Kampsnesum dicta habitaculum sibi fixit, Höskuldo domesticam omnem rem illi subministrante; dein ille uxorem ducebat, atqve iniit matrimonium cum muliere, cui nomen Giaflauga, pater Arnbiörnus filius Sleitubiarni, mater Thorlauga Thordi Höfdensis filia; generosum illud matrimonium; nam Giaflauga formosa erat mulier, sed elatioris animi. Thorleikus erat vir magnæ protervitatis atqve potentiæ; haud multus fuit inter Hrutum atqve Thorleikum consangvinitatis respectus. Bardus Höskuldi filius apud patrem domi manebat, nec ille minus qvam ipse Höskuldus rei familiaris curam gerebat. De Höskuldi filiabus haud multum memoriæ traditum, tamen & inde ortæ stirpes. Olavus Höskuldi filius adolescens jam omnes viros, qvi unqvam cogniti sint, venustate superavit; ille uti antea dictum est Melkorkustadis habitavit. Höskuldus jam magis qvam antea Melkorkæ rerum curam a se depulit, dixitqve sibi videri illam curam ad Olavum ipsius filium haud minus pertinere. Olavus vero illi tantam sese præstiturum opem, qvantam posset maximam, promisit. Melkorkæ Höskuldi erga se agendi ratio sordida visa est, itaqve in animum induxit tale aliqvid patrare negotium, qvod illi minus placeret. Thorbjörnus Skriupus Melkorkæ domesticam rem maxime sustinuerat, illius qvoqve nuptias ambiverat, cum aliqvantum temporis apud illam commoratus esset. Melkorka illum omnino repudiarat. Navis Bordeyræ in Hrutafjördo subducta; Gubernatori nomen fuit Örn, ille fuit regis Haraldi Gunnhildæ filii

alds konúngs Gunnhildar sonar. Melkorka talar vid Olaf son sinn þá er þau finnast, at hún vill at hann fari utan at vitia frænda sinna göfugra; þvíat ek hefir þat satt sagt at Mýrkiartan konúngr er at vísu fadir minn ok er hann konúngr Íra; er þér ok hægt at rádast til skips á Bordeyri. Olafr svarar: talat hefi ek þetta fyrir födur mínum ok hefir hann lítt á tekit; er þanneg ok fiárhag mínum háttat ok fóstra míns, at þat er meirr í löndum ok kvikfé, enn hann eigi íslenzka vöru liggiandi fyrir. Melkorka sagdi: ei nenni ek at þú sér ambáttar sonr kalladr lengr, ok ef þat nemr vid förinni, at þú þykist hafa fé oflítid, þá mun ek heldr þat tilvinna at giptast Þorbirni, ef þú rædst þá til ferdar heldr enn ádr; þviat ek ætla at hann leggi framm vöruna sva sem þú kant þér þörf til, ef hann náir rádahag vid mik; er þat ok til kostar, at Höskuldi muni þá II hlutir illa líka þá er hann spyrr hvarrtveggia: at þú ert af landi farinn, en ek manni gipt. Olafr bad módur sína eina ráda. Sídan ræddi Olafr vid Þorbiörn, at hann vildi taka vöru af hönum at láni, ok gera mikit at. Þorbiörn sagdi: þat mun því at eins, *nema**) ek nái rádahag vid Melkorku, þá væntir mik at þér sé jamnheimilt mitt fé, sem þat er þú hefir at vardveita. Olafr kvad þat þá mundu at rádi gört; þeir töludu þá med sér þá hluti, er þeir vildu ok skyldi þetta fara alt af hliódi. Höskuldr ræddi vid Olaf, at hann mundi rída til þíngs med hönum. Olafr kvadst þat ei mega fyrir búsýslu; kvadst vilia láta gera lambhaga vid Laxá. Höskuldi líkar þetta vel, er hann vill um búit annast. Sídan reid Höskuldr til þíngs; en snúit var at brullaupi á Lambastödum, ok réd Olafr einn máldaga. Olafr fær XXX hundrada vöru af úskiptu, ok skyldi þar ecki fé fyrir koma. Bárdr Höskuldsson var at brullaupi ok vissi þessa rádagerd med þeim; en er bodi var lokit, þá reid Olafr til skips ok hitti Örn stýrimann ok tók sér þar fari. Enn ádr enn þau Melkorka skildist, selr hún í

---

*) *Lectio dubia. Alii legunt:* at.

aulicus. Aliqvando cum Melkorka Olavum filium convenisset, cum eo locuta est, eumqve hortabatur ut ad nobilem suam stirpem visendam peregrinaretur: hæc enim vera, inqvit, affirmo, Myrkjartanum Hiberniæ regem meum esse patrem, verum facile tibi navis Bordeyræ comparanda. Olavus respondebat: de his qvidem patrem allocutus sum, ipso hoc consilium parum probante, & ita sane est mearum, meiqve educatoris opum conditio, ut magis agris & pecoribus constent qvam reconditis islandicis mercibus. Melkorka dixit: haud placet te amplius ancillæ vocari filium, siqve hoc solum itineri obest, qvod pecuniam tibi deesse credas, tum sane ad Thorbjörni nuptias me demittam, si te eo pacto potius profecturum scio, utiqve enim autumo illum tantum mercium oblaturum, qvantum tu tibi necessarium existimabis, si illi mecum matrimonium inire continget. Hoc qvoqve in emolumentis habendum, qvod Höskuldus tum duabus simul rebus male erit contentus, cum & te peregre profectum atqve memet nuptam viro comperiet. Tunc Olavus hæc omnia in matris potestate futura affirmavit. Deinde Olavus cum Thorbjörno loqvebatur rogavitqve ut mercium haud exiguam copiam sibi mutuam præberet. Thorbjörnus dixit: Hoc sane fiet, si ego Melkorkam uxorem obtinuero, tum enim reor, meas opes haud secus in tua potestate fore, qvam illæ sunt, qvæ tu ipse possides. Olavus hoc tum ratum futurum asseruit, deinde pacta, qvæ ipsis conveniebant, inter se composuere, & hæc qvidem omnia secreto peragere placitum est. Höskuldus Olavum rogavit, ut ad comitia universalia secum eqvitaret; Olavus hoc sibi per familiaria negotia licere negavit, velle enim se ad ripam fluminis Laxá pascua agnis instituere. Hoc Höskuldo perbene placuit, qvod filius rei familiari ita intentus esset. Deinde Höskuldus ad comitia eqvo vectus, nuptiale autem convivium Lambastadis adornabatur, solo Olavo nuptiales tabulas præscribente. Olavus ab ercto XXX centum (Hundrud) pretio constantes merces nactus est, qvas nunqvam pecunia remunerare tenebatur. Bardus Höskuldi filius convivio interfuit, fueratqve hujus consilii particeps. Soluto autem convivio, Olavus ad navim eqvo vectus gubernatorem Örnum convenit atqve apud illum commeatum nactus est. Cæterum Melkorka, anteqvam a filio disce-

hendr Olafi fíngr-gull mikit ok mælti: þenna grip gaf fadir minn mér at tannfé, ok vænti ek at hann kenni, er hann sér; enn féck hún hönum í hönd kníf ok belti ok bad hann selia fóstru sinni, get ek at hún dylist ei vid þessar jarteignir, ok enn mælti Melkorka: heiman hefi ek þik búit sva sem ek kann bezt ok kent þér írsku at mæla, sva at þik mun þat ei skipta, hvar þik berr at Irlandi. Nú skilia þau eptir þetta. Þegar kom byrr á, er Olafr kom til skips, og sigla þeir þegar í haf.

CAP. 21.

Nú kemr Höskuldr heim af þíngi ok spyrr þessi tídendi; hönum líkar heldr þúngliga; en medr því at vandamenn hans áttu hlut í, þá sefadist hann ok lét vera kyrt. Þeim Olafi byriadi vel ok tóku Noreg. Örn fýsir Olaf at fara til hirdar Haralds konúngs, kvad hann gera til þeirra gódan sóma, er ecki voru betr mentir enn Olafr var. Olafr kvadst þat mundu aftaka*). Fara þeir Olafr ok Örn nú til hirdarinnar ok fá þar gódar vidtökur; vaknar konúngr þegar vid Olaf fyrir sakir frænda hans ok baud hönum þegar med sér at vera. Gunnhildr lagdi mikil mæti á Olaf, er hún vissi at hann var bródurson Hrúts, en sumir menn kölludu þat, at henni þætti þó skemtan at tala vid Olaf, þótt hann nyti ecki annarra at. Olafr úgladdist er á leid vetrinn. Örn spyrr hvat hönum væri til ecka. Olafr sagdi: ferd á ek á höndum mér at fara vestr um haf, ok þótti mér mikit undir, at þú ættir lut í, at sú yrdi farin sumarlángt. Örn bad Olaf þess ecki fýsast; kvadst ecki vita vanir skipa þeirra, er um haf vestr mundu gánga. Gunnhildr geck á tal þeirra ok mælti: nú heyri ek yckr þat tala, sem ei hefir fyrr vidborit at sinnveg þykir hvarum. Olafr fagnar vel Gunnhildi ok lætr ei nidrfalla talit. Sídan gengr Örn á brott, en þau Gunnhildr taka þá tal; segir Olafr þá ætlan sína ok sva hvat

*) *Al. upptaka.*

deret annulum magnum aureum illi tradidit atqve dixit: pretiosum hunc annulum mihi donavit pater, cum primi mihi dentes nascerentur & sane expecto illum hunc annulum agniturum, qvando eundem conspexerit; præterea illi dedit cultrum cum balteo nutrici tradendum; hæc signa illam haud repudiaturam fore spero, atqve hæc insuper dicta Melkorka addidit: ad iter te jam paravi qvam potui optime, atqve Hibernicam te lingvam docui, adeo ut tibi perinde esse existimem, qvem in locum Hiberniæ deferare. His dictis discesserunt. Statim ac Olavus ad navim pervenit, secundus ventus exortus est, jamqve in altum est navigatum.

CAP. XXI.

Höskuldus e comitiis rediens hæc nova comperit eaqve pertulit haud æqvo animo; sed tamen cum res ad propinqvos suos pertineret, animo sane sedatus qvietum sese continuit. Olavus atqve socii ventum nacti secundum ad Norvegiam appulerunt. Örnus Olavum Haraldi regis aulam adire hortabatur, affirmans regem homines Olavo educatione haud præstantiores ad magnam dignitatem extollere. Olavus se ita facturum promisit, jamqve Olavus atqve Örnus ad aulam pervenere benigneqve excipiebantur. Rex Olavi genus atqve propinqvos statim recordatus illum apud se manere jubebat. Gunnhilda statim ac Olavum Hruti fratris filium esse certior esset facta, magnum illi honorem habuit. Qvibusdam vero ita visum: Gunnhildam ab Olavi colloqvio multum percipere gaudium, etiamsi alieni amoris non redderetur particeps. Versus finem hyemis Olavus contristari coepit. Örnus rogavit qvænam illi esset moestitiæ causa. Olavus respondit: instat mihi peregrinatio versus occidentalia oceani, et hoc sane magni referre existimo, uti tu me adjuves ad illud iter hac æstate suscipiendum. Örnus rogavit ne talia animum induceret, negavitqve sibi ullam notam esse navim, qvæ occidentalia aditura esset maria. Gunnhilda illorum colloqvio se immiscuit, dicens: Jam talem vobis esse sermonem comperio, qvalis nunqvam antea fuit, qvandoqvidem dissentire videmini. Olavus Gunnhildam comiter salutavit haud tamen intermisso colloqvio, postea Örnus exiit. Tum vero inter Gunnhildam atqve Olavum colloqvium

hönum lá vid, at Mýrkiartan konúngr var módurfadir hans. Þá mælti Gunnhildr: ek skal fá þér styrk til ferdar þessarar, at þú megir fara sva ríkuliga þángat sem þú vilt. Olafr þackar henni ord sín. Sídan lætr Gunnhildr búa skip ok fær menn til, bad Olaf ákveda, hve marga menn hann vill hafa med sér vestr um hafit; en Olafr kvad á LX manna ok kvad þó þykia miklu skipta, at þat lid væri líkara hermönnum enn kaupmönnum. Hún kvad sva vera skyldu; ok Örn var nefndr ok Olafr til ferdarinnar. Þetta lid var allvel búit. Haraldr konúngr ok Gunnhildr leiddu Olaf til skips, ok sögdust mundu leggia til med hönum hamíngiu sína med vingan þeirri annarri, er þau höfdu tillagt; sagdi Haraldr konúngr, at þat mundi audveldt, þvíat þau kölludu engan mann vænligri hafa komit af Islandi á þeirra dögum. Þá spurdi Haraldr konúngr, hve gamall madr hann væri? Olafr segir: nú em ek XVIII vetra. Konúngr mælti: miklir ágætis-menn eru slíkt sem þú ert, þvíat þú ert enn lítit af barns-aldri, ok sæk þegar á varn fund, er þú kemr aptr. Sídan bad konúngr ok Gunnhildr Olaf vel fara. Stigu þeir sídan á skip, ok sigla þegar á haf; þeim byriadi ílla um sumarit, hafa þeir þokur miklar, en vinda litla ok óhagstæda þá sem voru, rak þá vída um hafit; voru þeir flestir innan bords at á kom hafvilla. Þat vard um sídir at þoku hóf af höfdi ok gerdust vindar á, var þá tekit til segls, tókst þá umræda hvert til Írlands mundi at leita ok urdu menn ei ásáttir á þat. Örn var til móts, en mestr hluti manna hönum ígegn, ok kvádu Örn allan villast, ok sögdu þá ráda eiga er fleiri voru; sídan skutu þeir til ráda Olafs, en Olafr sagdi: þat vil ek, at þeir rádi sem hyggnari eru; því verr þyki mér sem oss muni duga heimskra brögd, er þau koma fleiri saman; þótti þá úr skorit er Olafr mælti þetta, ok réd Örn leidsögu þadan í frá. Sigla þeir þá nætr ok daga, ok hafa jafnan byrlítit. Þat var einhveria nótt, at vardmenn hliópu upp ok bádu menn vaka sem ítdast, kvádust siá land sva

coeptum. Tunc Olavus propositum elocutus simulqve docebat, qvanti res referret; namqve regem Myrkjartanum maternum sibi avum esse. Cui Gunnhilda: Ego, inqvit, te ad hoc iter adjuvabo, uti tanta cum pompa, qvanta tibi ipsi lubet hoc iter facere qveas. Ob hæc promissa Olavus illi gratias persolvebat. Dein Gunnhilda navim parari atqve ad eandem homines colligi jubebat, Olavumqve, qvantum virorum numerum versus occidentem secum ducere vellet, præscribere rogavit. Olavus LX viros exposcebat, sed tamen magni interesse asseruit, ut ista cohors milites magis, qvam mercatores, referret. Gunnhilda illam talem futuram promisit; ad hoc iter Örnus cum Olavo electus, & cohors qvidem perbene instructa. Rex Haraldus atqve Gunnhilda Olavum ad navim comitabantur, & præter cætera jura amicitiæ, in qvæ illum jam recepissent, se illi secundam suam fortunam impertituros promisere, idqvod rex Haraldus facile fieri posse affirmavit, neminem enim ea ætate venustiorem virum ex Islandia advenisse arbitrabatur. Deinde rogavit rex ætatem Olavi. Olavus respondebat: jam XVIII annos natus sum. Rex respondit: Talis viri, qvalis tu es, magna sane est præstantia, jam enim vix es egressus puerilem ætatem. Verum rediens statim nos conveni. Postea rex atqve Gunnhilda Olavum valere jubebant; tum ille cum sociis navim conscendebat; deinde in altum vecti, vento minus fausto ea æstate usi sunt, nam nebula fuit multa, venti vero aut exigua, aut etiam si qva, contraria vis; late per pontum jactati sunt, pleriqve nautarum errantes de regionibus coeli, sed deniqve tamen diffusæ nebulæ, atqve venti exorti, tumqve pansa vela; jam de eo orta consultatio ubi Hibernia qværenda esset, parumqve de eo inter nautas convenit. Örn sententiam tuebatur omnibus cæteris nautis contrariam, illi enim eum omnino errare contenderunt sibiqve uti pluribus esse cedendum. Deinde Olavi judicio commissa res. Tunc Olavus: Mihi, inqvit, placet ut potestas sit penes qvos est prudentia, nam stultorum inventa qvanto plura conveniunt, tanto nobis magis noxia judico, & his sane dictis Olavi res dijudicata videbatur & postea regimen itineris penes Örnum fuit. Jamqve navigatum per noctes & dies plerumqve ventis nimium tranqvillis. Accidit qvadam nocte ut vigiles surgerent atqve omnes nautas illico sur-

nærri sér, at þeir stúngu nærr stafni at, en seglit var uppi ok all lítit vedrit at. Menn hlaupa þegar upp, ok bad Örn beita á brott frá landinu ef þeir mætti. Olafr segir: ecki eru þau efni í um vart mál, þvíat ek sé at bodar eru á bædi bord ok alt fyrir skut-stafn, ok fellit seglit sem tíd-ast; en gerum rád var, þá er lióss dagr er; kenna þeir ei land þetta. Sídan kasta þeir ackerum ok hrífa þau þegar vid. Mikil er umræda um nóttina hvar þeir mundu at komnir; en er liós dagr var, kendu þeir at þat var Irland. Örn mælti þa: þat hygg ek at vér hafim ecki góda atkvamu, þvíat þetta er fiarri höfnum ok þeim kaupstödum, er útlendir menn skulu hafa frid; þvíat vid erum nú fiaradir uppi, sva sem hornsíl, ok nærr ætla ek þat lögum þeirra Íra, þótt þeir kalli fé þetta, er vér höfum med at fara med sínum faungum; þvíat heita láta þeir þat vagrek, er minnr er fiarat frá skut-stafni. Olafr kvad ecki til mundu saka, en séet hefi ek at mann-safnadr er á land upp í dag, ok þeim Írum þykir umvert skip-kvamu þessa; hugda ek at ok í dag þá er fiaran var, at hér geck upp óss vid nes þetta, ok féll þar óvandliga siórinn út úr ósinum; en ef skip vart er ecki sakat, þá munum vér skióta báti varum ok flytia skip vart þángat. Leira var undir þar er þeir höfdu legit um streingina, ok var ecki bord sakat í skipi þeirra. Flytiast þeir Olafr þángat ok kasta þar ackerum. En er á lídr daginn, þá drífr ofan mannfiöldi mikill til strandar; sídan fara II menn á báti til kaupskipsins. Þeir spyria hverir fyrir rádi skipi þessu. Olafr mælti ok sva á írsku sem þeir mæltu til. En er Írar vissu at þeir voru norrænir menn, þá beidast þeir laga, at þeir skyldu gánga frá fé sínu, og mundi þeim þá ecki vera gert til auvisla *), ádr konúngr ætti dóm á þeirra máli. Olafr kvad þat lög vera, ef engi væri túlkr med kaupmönnum; en ek kann ydr þat med sönnu at segia at þetta eru frid-menn; en þó munum vér ei uppgefast at óreyndu. Írar æpa þá heróp,

*) *Alii:* miska.

gere juberent, terram sibi adeo propinqvam, ut prora allideretur, sese conspicere affirmarunt. Velum vero erat pansum, sine ulla vehementia venti. Nautæ statim surrexerunt. Örnus vero rogavit: ut, si possent, a terra cursum dirigerent. Olavus dixit, non jam talis est nostrarum rerum conditio; ego enim ad utrumqve latus fluctus surgere atqve urgere puppim conspicio. Demittite itaqve velum confestim, verum statim atqve illucescet, consultemus qvid consilii sit capiendum; hæc terra illis erat incognita. Tum demiserunt anchoras, qvæ fundum statim attigerunt. Multi ea nocte sermones de eo, qvo terrarum jam advenerint, verum ubi illuxit, hanc terram esse Hiberniam cognovere. Tum dixit Örnus: Hic nobis iniqvum fore hospitium autumo; hic enim locus procul remotus ab illis oppidis atqve portubus, ubi peregrinis tuta est pax, jamqve nobis qvemadmodum testudinibus*) *mare recessit atqve in arido nos reliqvit; sed Irlandorum legibus hoc convenire autumo, ut omnes istas opes, qvæ nobis præsto sint, pro suis spoliis habeant, tum enim naves pro bonis in littus ejectis occupant qvando mare haud tantum qvantum nunc a puppi recessit. Olavus illis hoc haud damno futurum asseruit. Tamen hodie conspexi homines in continenti congregari atqve scio hujus navis adventum Hibernorum attentionem in se convertisse; hoc qvoqve hodie comperi, durante maris recessu, qvod ostium fluminis a latere hujus promontorii patuit, qvodqve inde facilis erat recessus aqvæ, itaqve si navis illæsa est, demissa cymba navim eo perducere placet. Argillosus erat fundus ubi durante maris recessu navis jacuerat, nec unus qvidem navis asser erat læsus. Jam navim in ostium perduxere atqve anchoram jecere. Vespere appropinqvante, hominum magna multitudo in littore congregata, duo deinde viri cymba ad navim vecti, rogantes, qvi homines hanc navim gubernarent. Olavus respondebat, & qvidem lingva hibernica, qva illum alloqvebantur. Hiberni autem comperientes eos homines esse Norvagos, rogabant ut leges respicerent, sibiqve opes traderent, simulqve confirmabant eo pacto nil iniqvi in eos perpetratum iri, anteqvam rex eorum caussam cognovisset.*

---

*) testudinibus: *proprie Gasterosteis, qvæ vox cum latine nullo modo dici qveat, qvia minus videtur convenire, permutationem animalium hic utilem habebamus.*

ok vada út á sióinn ok ætla at leida upp skipit undir þeim; var ecki diúpara, enn þeim tók undir hendr edr í bróklinda þeim, er stærstir voru; pollrinn var sva diúpr þar er skipit flaut ok ei kendi nidr. Olafr bad þá brióta upp vapn sín ok fylkia á skipinu alt á millum stafna ok sva þykt at alt var skarat med skiöldum, stód spióts oddr út hiá hverium skialldar-spordi. Olafr geck þá framm í stafninn ok var sva búinn, at hann var í bryniu ok hafdi hiálm á höfdi gull-rodinn, hann var girdr sverdi ok voru gullrekin hiöltin, hann hafdi króka-spiót í hendi haugtekit ok allgód mál í, raudan skiöld hafdi hann fyrir sér, ok var dregit á leó med gulli. En er Irar siá vidbúníng þeirra, þá skýtr þeim skelk í bríngu, ok þykir þeim ei jafn-audveldt féfáng sem þeir hugdu til. Hneckiast Írar nú frá ok hlaupa saman í eitt þorp; sídan kemr kurr mik-ill í lid þeirra, ok þykir þeim nú audvitat, at þetta var herskip, ok muni vera miklu fleiri van skipa; gera nú skyndiliga ord til konúngs, var þat ok hægt, þvíat konúngr var þá skamt í brott þadan á veizlum. Hann rídr þegar med sveit manna þar til, sem skipit var; ei var leingra á millum landsins ok þess er skipit flaut, enn vel mátti nema tal millum manna. Opt höfdu Írar veitt þeim árásir med skotum ok vard þeim Olafi ecki mein at. Olafr stód med þessum búníngi, sem fyrr var ritat, ok fannst mönnum mart um, hversu sköruligr siá madr var, er þar var skips foríngi. En er skipveriar Olafs siá mikit riddara-lid rída til þeirra ok var it frækniligsta, þá þagna þeir, þvíat þeim þótti mikill lidsmunr vid at eiga. En er Olafr heyrdi þenna kurr, sem í sveit hans gerdist, bad hann þa herda hugina; þvíat nú er gott efni í varu máli. Heilsudu þeir Írar nú Mýrkiartani, konúngi sínum; sídan ridu þeir sva nærr skipinu, at hvarir máttu skilia hvat adrir töludu. Konúngr spyrr hverr skipi stýrdi? Olafr segir nafn sitt, ok spurdi hverr sá væri enn vaskligi riddari er hann átti þá tal vid. Sá

Olavus hoc juris habendum affirmavit, si mercatoribus nullus esset interpres; ego vero hoc vobis verum confirmo, qvod hi homines nil hostile moliuntur, sed tamen nullo facto virium periculo nos dedere parum in animo est. Hiberni tum classicum canere, in aqvam egredi, navimqve cum hominibus subducere velle; nec aqva erat altior qvam ut pectus attingeret aut umbilicum procerioribus, sed tamen erat in ea lacuna, cui navis innatabat, aqva tam alta, ut fundum haud attingeret. Tum Olavus socios arma arripere jubebat atqve inter proram et puppim adeo densam aciem instruxit, ut omnia clypeis obtegerentur utqve hastæ cuspis ad cujuslibet clypei marginem promineret. Tum Olavus in proram ita armatus progrediebatur: lorica erat indutus, galea capite obaurata, gladius in balteo manubrio aurato, hastam hamatam manu tenebat, qvæ e tumulo qvondam fuerat desumta, cujusqve lamina erat bene exsculpta, rubro sese tegebat clypeo aurato leone distincto. Qvo omni apparatu comperto Hiberni timore correpti, non adeo facilem ibi opum capturam, uti opinati fuerant, jam arbitrabantur, jamqve repulsi in pago qvodam congregabantur. Tum in eorum exercitu murmur oriri certumqve haberi, hanc prædatoriam esse navim & multo plures postea expectandas, jamqve regi mittere nuntium; id qvod facile fiebat, cum rex haud procul inde abesset, convivia freqventans. Ille statim hominum multitudine stipatus ad eum locum, ubi erat navis, egressus est. Ille locus, ubi navis natabat, haud sane erat longius a terra remotus qvam ita ut illi qvi in terra essent facile cum nautis loqvi possent. Sæpe Hiberni illos missilibus adgressi fuerant, nec Olavus inde ullam acceperat cladem. Olavus ita armatus, uti jam exposuimus, astabat, idqve admirabantur, qvam augustus esset ille vir qvi hujus navis gubernator esset. Olavi autem navales socii, cum multos eqvites aspectu sane fortissimos ad se vehi animadverterent, conticuere, multum enim virium discrimen visum est. Qva de re Olavus cum suos mussitare audiret, bono eos jubebat esse animo, jam enim suarum rerum lætum esse aspectum. Tum Hiberni regem suum Myrkjartanum salutabant. Deinde eqvites tantum navi appropinqvabant ut utriqve suos invicem sermones percipere valerent. Rex rogavit: Qvi homo hanc na-

segir: ek heiti Mýrkjartan. Olafr mællti: hvart ertu konúngr Ira? Hann kvad sva vera; þá spyrr konúngr almæltra tídenda. Olafr leysti vel úr þeim tídendum öllum, er hann var spurdr. Þá spyrr konúngr hvadan þeir hefdi út látit, edr hverra manna þeir væri, ok enn spyrr konúngr vandliga um ætt Olafs; en fyrir því at konúngr fann, at þessi madr var ríklátr ok vildi ei segja leingra enn hann var spurdr, þá vildi hann ei spyria leingra at sinni. Olafr sagdi: þat skal ek ydr kunnigt gera, at vér ýttum af Noregi, en þetta eru hirdmenn Haralds konúngs Gunnhildarsonar, er hér eru innan bords; en ydr er þat frá ætt minni at segia, herra! at fadir minn býr á Islandi, er Höskuldr heitir, hann er stórættadr madr; en módur-kyn mit vænti ek at þér munit sét hafa fleira enn ek, þvíat Melkorka heitir módir mín, ok er mér sagt med sönnu at hún sé dóttir þín, konúngr! ok þat hefir mik til rekit sva lángrar ferdar, ok liggr mér nú mikit vid hver svör þú veitir varu máli. Konúngr þagnar ok á tal vid menn sína; spyria vitrir menn konúng, hvat gegnast muni í þessu máli, er siá madr segir. Konúngr segir: audsætt er þat á Olafi þessum, at hann er stórættadr madr, hvart sem hann er varr frændi edr ei, ok sva þat at hann mælir allra manna bezt írsku. Eptir þat stód konúngr upp ok mælti: nú skal veita svör þínu máli: at ek vil öllum ydr grid gefa skipverium; en um frændsemi þá, er þú telr vid oss, munum vid tala fleira ádr enn ek veita því annsvör. Sídan fara bryggiur á land, ok gengr Olafr á land ok förunautar hans af skipinu; finnst þeim Irum nú mikit um hversu virduligr þessi madr er ok vígligr. Fagnar Olafr þa konúngi vel ok tekr ofan hiálminn ok lýtr konúngi; en konúngr tekr hönum þá med allri blídu. Taka þeir þá tal med sér, flytr Olafr þá enn sitt mál at nýu, ok talar bædi lángt erendi ok snialt; lauk sva málinu at hann kvadst þar hafa gull þat á hendi er Melkorka seldi hönum at skilnadi á Islandi, ok sagdi sva

vim gubernaret? Olavus nomen elocutus, rogavit, qvinam esset insignis ille eqves, qvicum illi tum sermo esset? Ille respondit: Myrkjartan mihi nomen. Olavus dixit: num tu Hibernorum rex? Ille se esse confirmat; tunc rex de publicis novis qvæsivit. Olavus omnes oblatas sibi qvæstiones prudenter solvebat. Tum rex e qvanam terra egressi qvodqve hominum genus essent rogavit, simulqve qvæsivit de Olavi genere, rex tamen comperiens, superbum hunc esse hominem, qvi plura dicere qvam qvæ rogatus esset detrectaret, noluit inpræsentiarum plures illi offerre qvæstiones. Olavus dixit: Hoc tibi jam eloqvar, me e littore Norvagiæ navim propulisse, hos vero viros, qvi in navi adsunt, esse aulicos regis Haraldi Gunnhildæ filii. Hoc vero tibi Domine, de meo genere dicendum habeo: Patrem meum, Höskuldum nomine, in Islandia habitare, virum genere nobilissimum, meum autem maternum genus tibi melius qvam mihi notum esse confido; mihi enim mater Melkorka nomine, & hoc sane mihi verum dictum esse existimo, eam tuam, rex, esse filiam. En tibi caussa, cur tam longum iter susceperim, & hoc sane magni referre judico, qvalia nostro sermoni responsa reddas. Tum rex conticuit & postea cum suis locutus est. Tum sapientes viri regem rogabant, qvid rei veritatiqve maxime esset conveniens in hujus viri sermone. Rex dixit: Illud in hoc Olavo sat manifestum, illum generosum esse virum, utrum nobis consangvineus sit an non, simul qvod adeo perfecte uti qvisqvam mortalium hibernice loqvitur. Deinde rex surgebat, atqve dixit: Jam tuo sermoni talia reddam responsa: vobis omnibus nautis tuta erit pax; consangvinitatem autem illam, qvam tibi nobiscum esse ais, qvod attinet, puto nobis de eadem plura loqvenda anteqvam ego hac de re tibi aliqvod responsum reddam. Tum ponticuli e navi in terram ejecti, atqve Olavus cum sociis in terram egressus, jamqve Hiberni multum admirati augustum atqve martialem hominis aspectum. Dein Olavus detracta galea regem comiter salutabat corpore inflexo, atqve jam rex illum multa cum benignitate excepit; mox inter eos coeptum colloqvium & Olavus suam caussam repetiit, tumqve longam atqve disertam orationem habuit, & oratione finita, dixit se in manu gestare annulum qvem Melkorka in Islandia ab eo discedens ei tradidisset; qvemqve, inqvit,

at þú, konúngr, gæfir henni at tann-fé. Konúngr tók vid ok leit á gullit ok gerdist raudr miök ásýndar; sídan mælti konúngr: sannar eru jartegnir; en fyrir engan mun eru þær ómerkiligri, er þú hefir sva mikit ættar-bragd af módur þinni, at vel má þik þar af kenna, ok fyrir þessa luti þá vil ek at vísu vid-gánga þinni frændsemi, Olafr, at þeirra manna vitni, er hér eru hiá ok tal mitt heyra, skal þat ok fylgia, at ek vil þér bióda til hirdar minnar med alla þína sveit; en sómi ydvarr mun þar vid-liggia, hvert mannkaup mér þykir í þér, þá er ek reyni þik meirr. Sídan lætr konúngr fá þeim hesta til reidar, en hann setr menn til at setia upp skip þeirra edr búa um reida þeirra ok annast varnat þann er þeir áttu. Konúngr reid þá til Dýflinnar, ok þykia mönnum þetta mikil tídendi, er þar var dóttur son konúngs í för med hönum þeirrar, er þadan var fyrir löngu hertekin XV vetra gömul; en þó brá fóstru Melkorku mest vid þessi tídendi, er þá lá í kör ok sótti bædi at stríd ok elli; en þó geek hún þá staflaust á fund Olafs. Þá mælti konúngr til Olafs: hér er nú komin fóstra Melkorku ok muu hún vilia hafa tídenda-sögn af þér um hennar hag. Olafr tók vid henni bádum höndum ok setti kerlíngu á kné sér ok sagdi, at fóstra hennar sat í gódum kostum á Islandi; þá seldi Olafr henni knífinn ok beltit ok kendi kerlíng gripina, ok vard grát-fegin; kvad þat bædi vera, at son Melkorku var sköruligr, enda á hann til þess varit. Var kerlíng hress þann vetr allan. Konúngr var lítt í kyrrsætí þann vetr allan; þvíat þá var jafnan herskátt um vestr-löndin, rak konúngr af sér þann vetr víkínga ok úthlaups-menn; var Olafr med sveit sína á konúngs skipi ok þótti sú sveit heldr úrig vidskiptiss þeim er í móti voru. Konúngr hafdi þá tal vid Olaf ok hans félaga ok alla rádagerd, þvíat hönum reyndist Olafr bædi vitr ok framgiarn í öllum mannraunum. En at álidnum vetri stefndi konúngr þíng ok vard all-fiölmennt; konúngr stód upp ok taladi; hann hóf sva mál sitt: þat er ydr kunnigt, at hér kom sá madr í fyrra haust, er dóttur son minn

te rex, sibi donasse primis prorumpentibus dentibus asseruit. Rex annulum accepit, atqve intuebatur & tum qvidem in vultu multum erubuit. Dein rex ita locutus est: vera hæc signa sunt, verum nullo pacto minoris habenda, qvæ in vultu gestas, maternum genus satis indicantia, unde te satis noscere licet. Atqve propter hæc signa sane consangvinitatem tuam agnoscam, Olave, cujus rei præsentes hic viros omnes, meumqve sermonem audientes ego testes compello; præter hæc te cum omni tuo comitatu ad meam aulam invito, verum tuus honos innitetur ei opinioni, qvam de te melius experto concipiam. Deinde rex eqvos, qvibus veherentur, adduci jubebat, virosqve ad subducendam navim, servandum apparatum (navalem) et merces eorum tutandas disposuit. Jam rex Dublinum eqvo vectus, hæc vero res in miraculis habita, qvod regis nepos atqve illius natæ filius, qvæ multis ante annis XV annos nata captiva ablata esset, jam cum rege adveniret; verum tamen Melkorkæ nutricem, qvæ tum in lecto decubuit & morbo & senectute infirma, hæ res maxime movebant, nam illa sine baculo egressa ad Olavum excipiendum. Tum rex Olavum alloqvebatur: Hic jam adest Melkorkæ nutrix & sane opinor illam multa a te scire velle de rebus Melkorkæ. Illam Olavus lætus excepit, anumqve gremio imposuit, illiusqve alumnam in Islandia bene valentem degere affirmavit; deinde Olavus illi cultrum atqve balteum tradidit & anus hæc qvidem cimelia cognovit, præ gaudio lacrymas effundens, atqve dixit Melkorkæ filium augustum sane virum esse, verum hoc non mirandum cum maternum tale genus esset, & hac qvidem tota hyeme satis erat bene valens. Hoc per totum tempus brumale rex parum qvieta usus est mansione, nam tum occidentales regiones multo bello infestæ; sed rex ea hyeme piratas & excursores a suis finibus propulsabat. Olavus cum suis sociis in ipsius regis navi adfuit, & illa qvidem cohors inter validiores habita ab illis qvibuscum concursarent. Tum rex Olavi atqve illius sociorum plurimum usus alloqvio consilioqve; nam Olavum experiebatur virum prudentem atqve in omnibus fortem periculis. Hyeme versus finem vergente, rex homines ad concionem convocavit, multi ibi mortales congregabantur; tum rex surgens ita fando exorsus est: Satis constat ultimo autumno advenisse virum, meum

er, en þó er stórættadr í födur-kyn, virdist mér Olafr sva mikill atgervis-madr ok skörúngr, at vér eigum ei slíkra manna hér kost; nú vil ek bióda hönum kóngdóm eptir minn dag, þvíat Olafr er betr til yfirmanz fallinn enn mínir synir. Olafr þackar hönum þetta bod med mikilli snild ok fögrum ordum, en kvadst þó ei mundu á hætta hversu synir hans þyldi þat, þá er Mýrkiartans misti vid; kvad betra vera at fá skióta sæmd enn lánga svívirdíng; kvadst til Noregs fara vilia, þegar skipum væri úhætt at halda á millum landa; kvad módur sína mundu hafa lítit yndi ef hann kæmi ei aptr. Konúngr bad Olaf ráda; sídan var slitit þínginu. En er Olafr var albúinn, þá fylgdi konúngr Olafi til skips ok gaf hönum spiót gullrekit ok sverd búit ok mikit fé annat. Olafr beiddist at flytia fóstru Melkorku á brott med sér. Konúngr kvad þess enga þörf ok fór hun ei. Stigu þeir Olafr á skíp sitt, ok skiliast þeir konúngr med allmikilli vináttu. Eptir þat sigla þeir Olafr á haf, þeim byriadi vel, ok tóku Noreg, ok er Olafs för allfræg, setía nú upp skipit; fær Olafr sér hesta ok sækir nú á fund Haralds konúngs medr sínu föruneyti.

CAP. 22.

Olafr Höskuldsson kom nú til hirdar Haralds konúngs, ok tók konúngr vid hönum vel, en Gunnhildr miklu betr; þau budu hönum til sín ok lögdu þar mörg ord til. Olafr þiggr þat, ok fara þeir Örn bádir til konúngs hirdar. Leggr konúngr ok Gunnhildr sva mikla virdíng á Olaf, at engi útlendr madr hafdi slíka virdíng af þeim þegit. Olafr gaf konúngi ok Gunnhildi marga fáséna gripi, er hann hafdi þegit á Irlandi vestr. Haraldr gaf Olafi at jólum öll klædi skorin af skarlati. Sitr nú Olafr um kyrt um vetrinn, ok um varit er á leid taka þeir tal milli sín konúngr ok Olafr; beiddist Olafr orlofs af konúngi at fara út til Islands um sumarit; á ek þángat at vitia, sagdi hann, göfugra frænda. Konúngr segir:

nepotem ex filia, nobilem qvoqve paterno genere; hunc Olavum tam insignem atqve augustum virum existimo uti talem ullum hic reperire neqveamus. Jam illi postqvam diem obiero regis dignitatem offerre statui. Olavus enim ad summum imperium aptior est qvam nostri filii. Olavus ob illi oblatam dignitatem regi multa concinnitate verborum atqve eloqventia egit gratias, tamen affirmans se nolle periclitari, qvomodo Mirkjartanis filii, post illius mortem, hoc essent perlaturi, brevi durantem dignitatem longinqvæ ignominiæ præstare, se velle ad Norvagiam redire statim ac pontus navigantibus tutus fieret, matrem expertem fore gaudii ni ille rediret. Rex dixit harum rerum potestatem penes Olavum futuram; deinde soluta concio. Cum autem Olavus ad iter paratus esset, rex illum ad navim comitatus, hastam illi dedit obauratam atqve ensem auratum & multa alia pretiosa. Olavus ut sibi Melkorkæ nutricem secum abducere liceret rogavit, rex hoc necessum esse negavit, ideoqve illa remansit. Olavus cum sociis navim conscendit atqve cum intima regis amicitia ab eo discedebat. Olavus velis in altum datis, secundoqve usus vento Norvagiæ appulit, jamqve Olavi iter valde honorificum habitum. Navi subducta, eqvisqve comparatis, Olavus comitantibus suis ad regem Haraldum conveniendum profectus est.

CAP. XXII.

Jam Olavus ad regis Haraldi aulam pervenit & qvidem a rege benigne excipiebatur, tamen a Gunnhilda multo melius; illi eum apud se manere rogabant atqve monebant, multa verborum comitate. Hoc Olavus haud detrectans cum Örno ad regis aulam migravit. Rex atqve Gunnhilda tantum illi honorem habuere qvantum nullus antea nactus fuerat peregrinus. Olavus regem atqve Gunnhildam multis donavit pretiosis haud vulgaribus, qvæ in Irlandia acceperat. Ad tempus jolense rex Haraldus Olavo donavit vestitum totum e coccina confectum & hanc qvidem hyemem Olavus otio transegit, vere autem appropinqvante, coeptum aliqvando inter regem atqve Olavum colloqvium, tumqve Olavus a rege veniam petiit ea æstate ad Islandiam redeundi, ibi enim, inqvit, nobile mihi genus revisendum. Rex respondebat: mihi sane optime placeret, ut hic remaneres,

þat væri mér næst skapi, at þú stadfestist hér med mér, ok tækir hér allan rádakost slíkan sem þú vilt siálfr. Olafr þackadi konúngi þann sóma er hann baud hönum, en kvadst þó giarna vilia fara til Islands, ef þat væri ei at móti konúngs vilia. Þá sagdi konúngr: ei skal þetta gera úvinveitt vid þik, Olafr, fara skaltu í sumar út til Islands, þvíat ek sé at hugir þínir standa til þess miök; en engva önn né starf skaltu hafa fyrir um búnad þinn, skal ek þat annast; eptir þetta skilia þeir talit. Haraldr konúngr lætr framsetia skip um varit, þat var knörr, þat skip var bædi mikit ok gott; þat skip lætr konúngr ferma med vidi ok búa med öllum reida; ok er skipit var búit, lætr konúngr kalla á Olaf ok mælti: þetta skip skaltu eignast Olafr, vil ek ei at þú siglir af Noregi þetta sumar sva at þú sér annarra farþegi. Olafr þackadi konúngi med fögrum ordum sína stórmennsku. Eptir þat býr Olafr ferd sína, ok er hann er búinn ok byr gefr, þá siglir Olafr á haf, ok skiliast þeir Haraldr konúngr med hinum mesta kærleik. Olafi byriadi vel um sumarit, hann kom skipi sínu í Hrútafiörd á Bordeyri; skip-kvama spyrst brátt ok sva þat hverr stýrimadr er. Höskuldr fagnar útkvamu Olafs sonar síns ok verdr feginn miök, ok rídr þegar nordr til Hrútafiardar med nockura menn; verdr þar fagna-fundr med þeim fedgum; baud Höskuldr Olafi til sín; hann kvadst þat þiggia mundu. Olafr setr upp skip sitt, en fé hans er nordan flutt; en er þat er sýslat, rídr Olafr nordan vid XIIta mann ok heim á Höskuldstadi. Höskuldr fagnar blídliga syni sínum. Brædr hans taka ok med blídu vid hönum ok allir frændr hans, þó var flest um med þeim Bárdi. Olafr vard frægr af ferd þessari; þá var ok kunnigt gert kynferdi Olafs, at hann var dótturson Mýrkiartans Íra-konúngs; spyrst þetta um alt land ok þar med virdíng sú, er ríkir menn höfdu á hann lagt, þeir er hann hafdi heim-sótt. Olafr hafdi ok mikit fé út haft, ok er nú um vetrinn med födur sínum. Melkorka kom brátt á fund Olafs sonar síns.

omnesqve, qvæ tibi ipsi placerent conditiones, eligeres. Olavus regi ob omnem, qvem illi obtulit honorem, gratias persolvens, tamen multo sese teneri desiderio ad Islandiam redeundi, si hoc regis non esset contrarium voluntati. Tum rex: haud mihi in animo est tuam, Olave, lædere amicitiam; redeas sane hac æstate ad Islandiam, nam hujus rei cupiditate te multum teneri comperio, verum tamen nulla negotia aut laborem perferas ad te itineri præparandum, hujus enim rei ego curam geram; ita hic eorum sermo finitus. Rex Haraldus vere navim deducere jubebat, illa erat navis mercatoria, magnitudine conspicua atqve præstans. Hanc navim lignis onerandam omnibusqve necessariis instruendam curavit. Navi autem parata, rex Olavum ad se vocari jubebat, atqve ita eum alloqvebatur. Hæc tua, Olave, erit navis; non enim placet, te hac æstate ita e Norvagia proficisci, ut opus tibi sit aliorum uti commeatu. Olavus regi ob hanc vere regalem munificentiam multa cum verborum elegantia egit gratias. Postea Olavus se ad iter præparavit, qvo facto, statim ac secundum ventum nactus est, vela dedit in altum, ab rege Haraldo cum intimo illius amore discedens. Ea æstate Olavus, secundo usus vento, navim Bordeiræ in Hrutafjördo appulit. Nuntius de adventu hujus navis statim divulgatus, atqve simul qvi ejusdem esset gubernator. Höskuldus filii Olavi reditu multum lætatus atqve exhilaratus illico cum paucis ad Hrutafjördum eqvo vehitur; ibi patris atqve filii lætus congressus, tumqve Höskuldus Olavum ad se invitavit, hic accepturum se invitationem affirmavit. Olavus navim subduxit, merces e boreali regione deportabantur, qvo facto Olavus cum XI ad meridionalem partem proficiscitur atqve Höskuldstados pervenit. Höskuldus filium benigne excepit, amica qvoqve fratrum omniumqve propinqvorum exceptio, tamen plurima cum Bardo familiaritas. Olavus hoc itinere insignis fieri, tumqve notum fieri genus, eum nempe esse Hiberniæ regis Myrkjartanis filium, & hoc qvidem per totam Islandiam divulgari, atqve simul qvantum optimates, qvos convenerit, illi honorem habuerint. Olavus multas secum advexit opes; jam vero per hyemem apud patrem commorabatur. Melkorka filium statim convenit, & ab Olavo multo cum amore excepta,

Olafr fagnar henni med allri blídu; spyrr hún miök margs af Irlandi; fyst at födr sínum, ok ödrum frændum sínum. Olafr segir slíkt er hún spyrr. Brátt spurdi hún ef fóstra hennar lifdi. Olafr kvad hana at vísu lifa. Melkorka spyrr þá, hví han vildi ei veita henni eptirlæti at flytia hana til Islands. Þá sagdi Olafr: ecki fýstu menn þess, módir, at ek flytta fóstru þína af Irlandi. Sva má vera segir hún; þat fanst á at henni þótti þetta miök í móti skapi. Þau Melkorka ok Þorbiörn áttu son einn, ok er sá nefndr Lambi; hann var mikill madr ok sterkr ok glíkr födr sínum yfirlits ok sva at skaplyndi. En er Olafr hafdi verit um vetrinn á Islandi ok er var kom, þá ræda þeir fedgar um rádagerdir sínar; þat vilda ek Olafr, segir Höskuldr, at þér væri ráds leitat, ok tækir sídan vid búi fóstra þíns á Goddastödum; er þar enn fiár-afli mikill, veittir sídan umsyslu um bú þat med minni umsiá. Olafr segir: lítt hefir ek þat hugfest hértil; veit ek ei hvar sú kona sitr, at mér sé mikit happ í at geta; máttu sva til-ætla, at ek mun framarla áhorfa um kvanfángit; veit ek ok þat giörla at þú munt þetta ei fyrr hafa upp kvedit enn þú munt hugsat hafa hvar þetta skal nidr koma. Höskuldr mælti: rétt getr þú; madr heitir Egill, hann er Skallagrímsson, hann býr at Borg í Borgarfirdi; Egill á sér dóttur, þá er Þorgerdr heitir, þessarar konu ætla ek þér til handa at bidia, þvíat þessi kostr er albeztr í öllum Borgarfirdi ok þó vídara væri; er þat ok vænna, at þér yrdi þá efling at mægdum vid þá Mýra-menn. Olafr segir: þinni forsiá mun ek hlíta hérum, ok vel er mér at skapi þetta rád ef vid gengist; en sva máttu ætla fyrir, ef þetta mál er uppborit ok gángist ei vid, at mér mun ílla líka. Höskuldr segir: til þess munum vér ráda at bera þetta mál upp. Olafr bidr hann ráda. Lídr nú til þíngs framan. Höskuldr býst nú heiman ok fiölmennir miök. Olafr son hans er í för med hönum, þeir tialda búd sína; þá var fiölmennt. Egill Skallagrímsson var á þíngi. Allir menn höfdu á máli er Olaf sá

multa eum ex Hibernia percontabatur, primum de patre aliisqve propinqvis. Olavus ad omnes illius qvæstiones reddidit responsa. Mox an in vivis esset nutrix rogabat. Olavus eam profecto vivere affirmavit. Tum Melkorka rogabat, qvare noluisset tantam sibi gratiam exhibere, ut illam ad Islandiam adveheret? Tunc Olavus, alios se ad hoc parum hortatos confirmat, ut matris nutricem ab Irlandia abduceret. Illa respondit: Ita sane esse potest. Profecto comperiebatur illam hoc haud æqvo animo perferre. Melkorkæ atqve Thorbjörno unus fuit filius Lambus nomine; Magnæ ille staturæ vir atqve robustus, patrem & vultu & animo referens. Cum autem Olavus per unam hyemem in Islandia commoratus esset, atqve ver adpropinqvaret, pater atqve filius inter se de rebus suis consultabant. Tum Höskuldus, vellem sane, inqvit, Olave, ut conjux tibi qværeretur atqve deinde tu educatoris tui Goddastadis rem domesticam occupares, (magna enim adhuc ibidem est pecorum vis), atqve ut deinde familiarem rem curares, memet adjuvante. Olavus dixit: hæc hactenus parum in animum induxi, & sane nescio, ubi sit illa mulier, qvæ memet fortunatiorem reddere dici qveat; hoc sane reputa, me altiora solum matrimonia respicere; cæterum certo scio, te hæc non prius elocutum, qvam reputasses, qvem locum primum adeundum censeres. Höskuldus dixit: Recte hæc tu qvidem comminisceris. Egillus est nomen viro, filius est ille Skallagrimi, habitat Borgæ in Borgarfjördo. Egillo est filia nomine Thorgerda, hanc tibi mulierem ambire statui, hæc enim in toto Borgarfjördo, (sane de pluribus idem valeret regionibus) longe optima conditio, & sane sperandum, affinitatem cum Myramannis tibi non sine emolumento fore. Olavus dixit: tuis in his uti consiliis optimum duco & placet conditio, si obtineri posset; verum hoc tamen reputa: si hæc res agetur sine effectu, me illud ægre perlaturum. Höskuldus dixit: sane hanc rem eloqvi periclitabimur. Olavus illi hujus rei liberam fecit potestatem; jam tempus ad comitia usqve publica prœterlabitur. Tum Höskuldus multis comitantibus parat proficisci. Olavus illius filius eum secutus. Jam tabernaculum adornatum; multi ibi mortales. Egillus Skallagrimius aderat in comitiis. Omnes hoc, qvi Olavum conspexerunt, ad-

hversu frídr madr hann var ok fyrirmannligr; hann var vel búinn at vapnum ok klædum.

CAP. 23.

Þat er sagt einn dag er þeir fedgar Höskuldr ok Ólafr gengu frá búd ok til fundar vid Egil. Egill fagnar þeim vel, því at þeir Höskuldr voru miök málkunnir. Höskuldr vekr nú bónordit fyrir hönd Olafs, ok bidr Þorgerdar; hún var ok þar á þínginu. Egill tók þessu máli vel, kvadst hafa góda frétt af þeim fedgum, veit ek ok, Höskuldr! segir Egill, at þú ert ættstórr madr ok mikils-verdr, en Olafr er frægr af ferd sinni, er ok ei kynligt at slíkir menn ætli framarla til, þvíat hann skortir ei ætt né frídleika; en þó skal nú þetta vid Þorgerdi ræda, þvíat þat er engum manni *) at fá Þorgerdar án hennar vilia. Höskuldr mælti: þat vil ek Egill at þú rædir þetta vid dóttur þína. Egill kvad sva vera skylldu. Egill geck nú til fundar vid dóttur sína ok tóku þau tal saman; þá mælti Egill: madr heitir Olafr ok er Höskulds-son, ok er hann nú frægstr madr einn hverr; Höskuldr fadir hans hefir vakit bónord fyrir hönd Olafs ok bedit þín, hefir ek því skotit miök til þinna ráda, vil ek nú vita svör þín; en sva lízt oss sem slíkum málum sé vel fellt at svara, þvíat þetta giaford er göfugt. Þorgerdr svaradi: þat hefi ek þik heyrt mæla, at þú ynnir mér mest barna þinna; en nú þyki mér þú þat úsanna, ef þú vill gipta mik ambáttar syni, þótt hann sé vænn ok mikill áburdar-madr. Egill sagdi: ei ertu um þetta jafnvitr sem um annat; hefir þú ei þat spurt, at hann er dóttur-son Mýrkiartans Íra konúngs? er hann miklu betr borinn í módur-kyn en födur-ætt, ok væri oss þat þó fullbodit. Ecki lét Þorgerdr sér þat skiliast. Nú skilia þau talit, ok þykir nockut sinnveg

*) *Excidit credo:* "ætlanda" *vel* "fært." *Nonnulli:* "einkis manz."

mirati, qvam venustus atqve augustus esset aspectu. Armorum qvoqve atqve vestitus magnus splendor erat.

CAP. XXIII.

Memoriæ traditum est, patrem atqve filium, Höskuldum atqve Olavum, e tabernaculo egressos Egillum convenisse. Egillus comiter eos excipiebat, sæpius enim fuerat cum Höskuldo collocutus. Tum Höskuldus filio uxorem ambire exorsus, Thorgerdam, qvæ ibi qvoqve in comitiis adfuit, illi petiit. Egillus hæc lætus audiit dicens bonam patris atqve filii famam ad se pervenisse. Et utiqve, inqvit, scio te Höskulde, virum esse genere nobilem atqve magni æstimandum; Olavus autem itinere suo illustris redditus est, nec mirandum, si tales viri majora appetunt, haud enim illi deest nobile genus nec venustas, verum tamen loqvendum de his cum Thorgerda, nemo enim Thorgerdam invitam abducet. Höskuldus dixit: vellem te Egille de his cum filia loqvi. Egillus se ita facturum promisit; jamqve convenit filiam & coepto jam inter eos colloqvio dixit Egillus: Olavus est nomen viro, cui Höskuldus pater; ille inter illustrissimos hujus ætatis viros numerandus. Pater illius Höskuldus uxorem illi qværens, te illi petiit, ego autem tuam voluntatem maximi ducendam dixi, jam tua responsa scire cupio, verum tamen citra difficultatem videtur, tali respondere petitioni, nobilis enim hæc est conditio. Thorgerda respondit: audivi te affirmantem, omnium liberorum tuorum maxime te memet diligere, jam hoc falsum reddere videris, siqvidem servæ nato me elocare vis, etsi ille sit formosus multumqve pompæ studeat. Tunc Egillus: Non tibi, inqvit, tanta in his qvanta in cæteris prudentia. Non tute audivisti, illum Myrkjartanis Hyberniæ regis esse nepotem? maternum illi genus sane multo nobilius qvam paternum, etsi hoc qvoqve nobis sat generosum habendum esset. Noluit qvidem Thorgerda de his persvaderi, et finito colloqvio discedebant non sine dissensione. Die seqvente Egillus tabernaculum Hös-

hvaru. Annan dag eptir gengr Egill til búdar Höskuldar, ok fagnar Höskuldr hönum vel, taka nú tal saman; spyrr Höskuldr hversu gengit hafi bónords málin? Egill lét lítt yfir, segir alt hversu farit hafdi. Höskuldr kvad fastliga horfa, en þó þyki mér þér vel fara. Ecki var Olafr vid tal þeirra. Eptir þat gengr Egill á brott; fréttir Olafr nú hvat lidi bónords málum. Höskuldr kvad seinliga horfa af hennar hendi. Olafr mælti: nú er sem ek sagda þér fyrir, at mér mundi ílla líka ef ek fenga nockur svívirdíngar-ord at móti; réttu meirr er þetta var uppborit; nú skal ek ok því ráda, at ei skal hér nidr falla, er þat ok satt at sagt er, at úlfar eta *) annars erendi; skal nu ok gánga þegar til búdar Egils. Höskuldr bad hann því ráda. Olafr var búinn á þá leid, er hann var í skarlaz-klædum, er Haraldr konúngr hafdi gefit hönum, hann hafdi hiálm gullrodinn ok sverd búit í hendi, er Mýrkiartan konúngr hafdi gefit hönum. Nú gánga þeir Höskuldr ok Olafr til búdar Egils, gengr Höskuldr fyrir, en Olafr þegar eptir. Egill fagnar þeim vel, ok sezt Höskuldr nidr hiá hönum, en Olafr stód upp ok litadist um, hann sá hvar kona sat á pallinum í búdinni, sú kona var væn ok stórmannlig ok vel búin; vita þóttist hann at þar mundi vera Þorgerdr dóttir Egils. Olafr gengr at pallinum ok sezt nidr hia henni. Þorgerdr heilsar þessum manni ok spyrr hverr hann sé? Olafr segir nafn sitt ok födur síns; mun þér þykia diarfr gerast ambáttar sonrinn, er hann þorir at sitia hiá þér ok ætlar at tala vid þik. Þorgerdr svarar: þat muntu hugsa, at þú munt þykiast hafa gert meiri þoranar-raun enn tala vid konur. Sídan taka þau tal milli sín, ok tala þann dag allan; ecki heyra adrir menn til tals þeirra, ok ádr þau sliti talinu er til heimtr Egill ok Höskuldr; tekst þá af nýu ræda um bónords-málit Olafs; víkr Þorgerdr þá til ráda födur síns; var þá þetta mál audsótt ok fóru þá þegar festar framm; vard þeim

*) *Alii:* "reka."

kuldi adiit, comiter ab Höskuldo exceptus, coeptumqve inter eos colloqvium: Höskuldus rogavit: qvalem nuptiarum petitio eventum nacta sit. Egillus hunc parum lætum confirmans, omnia, uti facta erant, exposuit. Höskuldus dixit, aspectum caussæ esse duriorem, tamen laudavit Egilli rationem procedendi. Olavus eorum colloqvio non interfuit. Verum post hæc Egillus rursus abiit. Olavus rogavit qvomodo conjugis petitio cessisset. Höskuldus illam parum lætos rerum aspectus exhibere dixit. Tunc Olavus: ad id, inqvit, jam devenit res qvod tibi antea dixi, nempe me male contentum fore si ignominiosa responsa reportarem. Tuæ magis concessum est auctoritati qvando hæc primum eloqvebamur, jam mea in hoc valeat, qvod rem ita infectam non relinqvamus; nam verum sane illud proverbium: Lupum esse alieni negotii executorem), statim itaqve ibo ad Egilli tabernaculum. Höskuldus hujus rei illi liberam fecit potestatem. Tunc Olavus ita erat armatus: coccineo, qvem rex Haraldus ei donaverat, indutus erat vestitu, obauratam gestabat galeam, manu autem tenebat ensem illum auratum, qvem rex Myrkjartan illi dederat. Jam Höskuldus atqve Olavus tabernaculum Egilli adeunt: Höskuldus præivit; Olavus illum mox subseqvebatur. Egillus eos benigne excepit: Höskuldus apud illum considebat. Olavus (erectus) stetit circumspectans mulierem in suggestu qvodam, qvi erat in tabernaculo, considentem, conspexit. Illa erat mulier formosa, augusta atqve bene vestita: hanc certe Thorgerdam Egilli filiam esse comminiscebatur. Olavus ad suggestum progressus apud illam consedit. Hunc virum Thorgerda salutavit rogavitqve qvi homo esset? Olavus suum atqve patris nomen elocutus: audax inqvit, tibi videbitur servæ filius, qvi apud te considere atqve tecum loqvi non vereatur. Thorgerda respondit: talem tibi spiritum inesse opinor; ut majoris audaciæ qvam illius, qvæ ad colloqvendum cum mulieribus exposcitur, te documentum edidisse censeas. Inde sermo inter eos ortus & per totum diem continuatus, nulli erant illorum colloqvii testes, verum anteqvam discederent, advocatus est Egillus atqve Höskuldus, atqve iterum de uxore Olavo petenda ortus sermo, tumqve Thorgerda patris auctoritati rem committebat; jam absqve negotio peracta res, & sponsalia*

---

*) ɔ: *proximum qvemqve esse sibi.*

þá unt af metorda Laxdælum, þvíat þeim skyldi færa heim konuna, var ákvedin brullaups-stefna á Höskuldsstödum at VII vikum sumars. Eptir þat skilia þeir Egill ok Höskuldr, ok rída þeir fedgar heim á Höskuldsstadi, ok eru heima um sumarit, ok er alt kyrt. Sídan var stofnat til bods á Höskuldsstödum ok ecki til sparat, en ærin voru efni. Bodsmenn koma at ákvedinni stefnu; voru þeir Borgfirdíngar allfiölmennir; var þar Egill ok Þorsteinn son hans, þar var ok brúdr í för ok valit lid úr héradinu. Höskuldr hafdi ok fiölmennt fyrir. Veizla var allskörulig, voru menn med giöfum á brott leiddir; þá gaf Olafr Egli sverdit Mýrkiartans naut, ok vard Egill all-lettbrúnn vid giöfina. Alt var þar tídendalaust, ok fara menn heim.

CAP. 24.

Þau Olafr ok Þorgerdr voru á Höskuldsstödum ok takast þar ástir miklar; audsætt var þat öllum mönnum, at hún var skörúngr mikill, en fáskiptin hversdagliga; en þat vard framm at koma, er Þorgerdr vildi til hvers sem hún hlútadist. Olafr ok Þorgerdr voru ýmist þann vetr á Höskuldsstödum edr med fóstra hans. Um varit tók Olafr vid búi á Goddastödum. Þat sumar tók Þórdr goddi sótt þá er hann leiddi til bana. Olafr lét verpa haug eptir hann í nesi því, er gengr framm í Laxá, er Drafnarnes heitir, þar er gardr hiá ok heitir Haugsgardr. Sídan drífa menn at Olafi ok gerdist hann höfdíngi mikill. Höskuldr öfundadi þat ecki, þvíat hann vildi jafnan at Olafr væri atkvaddr öllum stórmálum. Þat var bú rísuligast í Laxárdal er Olafr átti. Þeir voru brædr II med Olafi er hvartveggi hét Án, var annarr kalladr Án enn hvíti, en annarr Án svarti,

statim celebrata. Tum vero multum concessum Laxdalensium nobilitati, namqve ad illos mulier domum deducebatur. Nuptiale convivium, ut VII septimanis ante finem æstatis) fieret. Höskuldstadis destinatum est. Postea Höskuldus ab Egillo discedebat, pater atqve filius Höskuldstados eqvis vecti, per æstatem domi manebant, jamqve qvieta omnia. Deinde convivium Höskuldstadis multa cum munificentia instauratum, multæ enim opes fuere; convivæ destinato tempore advenere; Borgfjördensium magnus adfuit numerus. Ibi Egillus ejusqve filius Thorsteinus & sponsa simul insignesqve ejus regionis viri. Höskuldus qvoqve multos mortales convocaverat. Magnificum illud fuit convivium; honorati muneribus dimissi convivæ. Tunc Olavus dedit Egillo gladium, qvem Myrkjartan illi dederat, eo munere multum lætatus Egillus; nihil in eo convivio novi accidit: ita domum discessum.*

CAP. XXIV.

Olavus atqve Thorgerda Höskuldstadis manebant, multum se invicem diligentes. Omnibus hoc conspicuum illam mulierem esse generosam sed qvotidie parum in alienis negotiis versari; Verum si cui negotio Thorgerda sese immiscebat, tum illud necessario, qvod ipsi placeret, perficiendum. Ea hyeme Olavus atqve Thorgerda per vices Höskuldstadis atqve apud educatorem Olavi commorabantur. Vere Olavus Goddastadis domesticam amplexus rem; seqvente æstate Thordus Goddus morbo correptus indeqve mortuus. Illum tumulo condendum Olavus curavit in eo promontorio, qvod in flumen Laxa prominens, Drafnarnesum vocatur; propinqvus est tumulo agger, qvem Haugsgardum (tumuli aggerem) vocant. Tum multi mortales ad Olavum se convertere, magnamqve ille adipisci principis dignitatem. Nec ulla Höskuldo hujus rei invidia, sane enim voluit, Olavi auctoritatem in omnibus caussis majoribus consultari. Olavi familiaris res, earum, qvæ in Laxardalo essent, florentissima. Duo erant

*) *Sic, qvanqvam haud usitata sit phrasis in hoc sensu. Sed comitia media æstate fieri solebant, itaqve non possumus vertere: cum VII æstatis septimanæ essent elapsæ. Alii*; "at VII vikna fresti."

Beinn enn sterki var enn þridi; þeir voru sveinar Olafs ok allir hraustir menn. Þorgerdr ok Olafr áttu dóttur, er Þurídr hét. Lendur þær er Hrappr hafdi átt lágu í audn, sem fyrr var ritat. Olafi þóttu þær vel liggia, ræddi fyrir födur sínum eitt sinn at þeir mundi gera menn á fund Trefils med þeim erendum, at Olafr vill kaupa at hönum löndin á Hrappsstödum ok adrar eignir þær er þar fylgia. Þat var audsótt, ok var þessu kaupi slúngit, þvíat Trefill sá þat, at hönum var betri ein kráka í hendi enn II í skógi; var þat at kaupi med þeim, at Olafr skyldi reida III merkr silfurs fyrir löndin, en þat var þó ecki jafnadar-kaup, þvíat þat voru vídar lendur ok fagrar ok miök gagn-audgar, miklar laxveidar ok selveidar fylgdu þar, voru þar ok skógar miklir. Nockuru ofarr enn Höskuldsstadir eru fyrir nordan Laxá, þar var höggvit riódr í skóginum, ok þar var náliga til grass at gánga, at þar safnadist saman fé Olafs hvart sem vetr *) voru betri edr verri. Þat var á einu hausti at í því sama holti lét Olafr bæ reisa ok af þeim vidum, er þar voru höggnir í skóginum, en sumt hafdi hann af reka-ströndum. Þessi bær var rísuligr; húsin voru aud um vetrinn; um varit eptir fór Olafr þángat bygdum, ok lét ádr saman reka fé sitt ok var þat mikil fiöldi ordinn, þvíat engi madr var þá audgari at kvikfé í Breidafirdi. Olafr sendir nú ord födur sínum, at hann stædi úti ok sæi ferd hans þá er hann fór á þenna nýa bæ, ok hefdi ord-heill fyrir. Höskuldr kvad sva vera skylldu. Olafr skipar nú til; lætr undan fara saudfé þat er skiarrast var, þá fór búsmali þar næzt, sídan voru rekin geld-neyti, klyfia-hross fóru í sídara lagi. Sva var skipat mönnum med fé þessu, at þat skyldi engan krók rista; var þá ferdar-broddrinn kominn á þenna bæ enn nýa er Olafr reid úr gardi af Goddastödum ok var hvergi hlid í milli. Höskuldr stód úti med heimamenn sína. Þá mælti Höskuldr: at Olafr son hans skyldi þar velkominn

*) *Alii:* "vedr."

apud Olavum fratres, utriqve An nomen, alteri Albus, alteri Ater cognomentum, tertius erat Beinn Fortis, hi Olavi famuli fuere, fortes omnes viri. Thorgerdæ atqve Olavo filia fuit Thurida nomine. Agri, qvos Hrappus possederat, deserti jam, uti antea dictum est. Olavo placuit illa regio, ideoqve cum patre aliqvando locutus, illi dixit mittere se velle nuntios Trefillo, qvi dicerent Olavum, agrum hrappstadensem, cum omnibus bonis ad illum pertinentibus, ab illo emere velle. Impetrata res citra negotium, rataqve pactione transacta. Trefillus enim intelligebat: u n a m e s s e u t i l i o r e m a v e m, q v a m t e n e r e t m a n u, d u a b u s i n s y l v a d e g e n t i b u s. Talem vero pactionem inivere, ut Olavus pro agro tres solveret marcas argenti; pecunia utiqve parum ad æqvum agri pretium, erant enim agri late patentes, amoeni atqve frugiferi, salmonum præterea atqve phocarum ibidem erat magna captio, multaqve sylva. Ad ripam fluminis Laxa aliqvantum supra eum locum, ubi Höskuldstadi sunt, a boreali parte fluminis sylva fuit exstirpata necessumqve fuit gramine tenus arbores exscindere, ut Olavi pecora, hyeme tam dura qvam miti ibidem congregarentur; autumno qvodam in elatiore hoc loco villam exstruxit; partim lignis in ipsa hac sylva excisis partim in litora ejectis, usus ad ædificandum. Ampla hæc villa tectis, domus autem ea hyeme vacuæ relictæ. Vere Olavus eodem commigravit, coacto antea grege, cujus tum magna fuit multitudo. Nemo enim in Breidafjördo divitior pecoribus. Olavus nuntio patri misso rogavit, ut pater foris staret atqve dum in novam hanc villam immigraret res suas intueretur atqve salutiferis votis proseqveretur easdem. Höskuldus promisit se ita facturum. Olavus iter tali modo instruebat; primum abactæ oves uti fugacissimæ, tum armenta lactaria ceteræ inde boves castrati, sarcinati eqvi ultimi; circa pecoris agmen hoc homines dispositi, ne extra viam vagaretur; primum agmen ad novam villam pervenerat, cum Olavus a Goddastadis eqvo veheretur, nec ullo in loco agmen erat interruptum. Höskuldus cum sua familia astabat foris, tumqve Höskuldus ita locutus: filium Olavum, qvod bene ac feliciter verteret, novum istud habitaculum immigrare jubebat & siqvid, inqvit,

ok med tíma á þenna enn nýa bólstad, ok nærr er þat mínu hugbodi at þetta gángi eptir, at lengi sé hans nafn uppi. Jórunn husfreya segir: hefir ambáttar-son siá aud til þess at uppi sé hans nafn? Þat var miök jafnskiótt, at húskarlar höfdu ofan tekit klyfiar af hrossum ok þá reid Olafr í gard. Þá tekr hann til orda: nú skal mönnum skeyta forvitni um þat er jafnan hefir verit um-rædt í vetr, hvat siá bær skal heita; hann skal heita í Hiardarholti. Þetta þótti mönnum vel til-fundit af þeim atburdum er þar höfdu ordit. Olafr setr nú bú saman í Hiardarholti, þat vard brátt rísuligt, skorti þar ok enginn hlutr, óxu nú miök metord Olafs, báru til þess margir hlutir; var Olafr manna vinsælstr, þvíat þat er hann skipti sér af um mál manna, þá undu allir vel vid sínn lut; fadir hans hélt hönum miök til virdíngar. Olafi var ok mikil eflíng at teingdum vid Mýramenn. Olafr þótti göfgastr sona Höskuldar. Þann vetr er Olafr bió fyrst í Hiardarholti, hafdi hann mart hióna ok vinnumanna; var skipt verkum med húskörlum, gætti annarr geldneyta, en annar kúneyta; fiósit var brott í skóg ei allskamt frá bænum. Eitt kveld kom sá madr at Olafi, er geldneyta gætti ok bad hann fá til annan mann at gæta nautanna, en ætla mér önnr verk. Olafr segir: þat vil ek at þú hafir enn sömu verk þín; hann kvadst heldr brott vilia. Abóta þyki þér þá vant, sagdi Olafr, nú mun ek fara í kveld med þér er þú bindr inn naut, ok ef mér þykir nokkr varkunn til þessa þá mun ek ecki at telia, ella muntu finna á þínum lut í nockuru. Olafr tekr í hönd sér spiótid gullrekna konúngs naut, gengr nú heiman ok húskarl med hönum; sniórr var nockurr á jördu; koma þeir til fióssins ok var þat opid. Ræddi Olafr at húskarl skyldi inn-gánga, en ek mun reka at þér nautin, en þú bitt eptir. Húskarl gengr at fióss-dyrunum. Olafr finnr ei fyrr enn hann hleypr í fáng hönum. Spyrr Olafr hví hann færi sva? Hann segir: Hrappr stendr í fióss-dyrunum ok vildi fálma til mín, en ek em saddr á fángbrögdum vid hann. Olafr geingr þá at dyrunum ok leggr spiótinu til hans. Hrappr tekr höndum bádum um fal spiótsins ok snarar af út, sva at þegar brotnar skaptid. Olafr vill þá renna á Hrapp, en Hrappr fór þar nidr sem hann var kominn, skilr þar med þeim, hafdi Olafr skaptid en Hrappr

veri divinat animus, hoc ratum fore votum spero, illiusqve nomen post multa tempora illustre futurum. Uxor Jorunna dixit: sunt huic servæ filio tantæ opes, ut illustre fiat nomen? Eodem tempore accidit, ut famuli sarcinas ab eqvis tollerent atqve Olavus ad villam perveniret. Tunc Olavus: Nunc hominibus curiosis satisfiet, multi enim hac hyeme de eo fuere sermones, qvodnam huic villæ futurum esset nomen. Hjardaholt (Gregicollis) vocetur; conveniens hoc visum nomen, ab iis, qvæ ibidem evenerant rebus. Jam Olavus Hjardarholti domesticam rem instruxit. Magnifica illa brevi facta, nullius enim erat inopia rei. Nunc Olavi multum aucta existimatio, ob multas qvidem res, felix enim Olavus amicitia, nam sicujus hominis caussam e parte suscepit, tunc qvilibet sua erat sorte contentus, pater etiam augere illi dignitatem studuit, affinitas qvoqve Myramannorum Olavi potestatem multum suffulciebat. Höskuldi filiorum Olavus generosissimus habitus. Prima hyeme, qva Olavus Hjardarholti habitabat, multi illi famuli atqve operarii. Domestica opera inter famulitium divisa, uni cura boum castratorum alteri vaccarum; bovile in sylva a villa non nihil remotum. Vespere qvodam convenit Olavum custos boum, rogans, ut alii cuidam homini boum custodiam delegaret, sibi vero aliqvod aliud officium. Olavus dixit: placet, ut tu solitum tibi opus adhuc in futurum administres. Ille potius abire se velle contendit. Olavus dixit: Aliqva tum tibi objecta molestia. Ego hoc vespere, qvando boves vinxeris, eam tecum & si tum aliqvam hujus rei caussam comperio, nolo te hanc ob rem castigare, sin autem nullam comperio, aliqvod sane senties inde malum. Olavus tum hastam auratam, qvam rex illi dederat, sumsit in manum, domo deinde cum famulo abiit; aliqvanta nive terra tegebatur. Ad bovile pervenerunt, qvod tum erat apertum. Olavus famulum bovile ingredi jubebat, ego vero, inqvit, intro agam boves, tu vero vincias eosdem. Famulus tum fores bovilis adiit, tum ille statim in Olavum recursabat. Olavus rogavit qvid hoc rei esset? Ille dixit: Hrappus in bovilis astat foribus meqve ad se rapere conatur, ego vero satis jam cum illo luctatus sum. Tunc Olavus ad fores progrediebatur directa in Hrappum hasta. Hrappus utraqve manu ferrum hastæ corripiens, deflexit eam ita ut manubrium frangeretur. Tunc Olavus infestus in Hrappum ire parat,

N 2

spiótid. Eptir þetta binda þeir Olafr inn nautin ok gánga heim sídan. Olafr sagdi nú húskarli, at hann mun hönum ei sakir á gefa þessari ordasemi. Um morgininn eptir ferr Olafr heiman ok þar til er Hrappr hafdi dysiadr verit, ok lætr þar til grafa. Hrappr var þá enn ófúinn. Þar finnr Olafr spiót sitt. Sídan lætr hann gera bál; er Hrappr brendr á báli, ok er aska hans flutt á siá út. Hédan frá verdr engum manni mein at aptrgaungu Hrapps.

CAP. 25.

Nú er at segia frá sonum Höskuldar: Þorleikr Höskulds-son var med tignum mönnum, þá er hann var í kaupferdum, ádr hann settist í bú ok þótti merkiligr madr; verit hafdi hann ok í víkíngu, ok gaf þar góda raun fyrir karlmennsku sakir. Bárdr Höskulds-son hafdi ok verit farmadr, ok var vel metinn hvar sem hann kom, þvíat hann var enn bezti dreingr ok hófs-madr um alt. Bárdr kvangadist ok féck breidfirzkrar konu, er Astrídr hét, var hún kyngód. Son Bárdar var Þorarinn, en dóttir hans Gudný, er átti Hallr son Víga-Stýrs, ok er frá þeim kominn mikill ættbogi. Hrútr Heriólfs-son gaf frelsi præli sínum þeim er Hrólfr hét ok þar med fiárlut nockurn ok bústad at landamæri þeirra Höskuldar ok lágu sva nærr landa-merkin, at þeim Hrýtlíngum hafdi yfir-skotist um þetta, ok höfdu þeir settan lausíngiann í land Höskuldar; hann græddi þar brátt mikit fé. Höskuldi þótti þetta mikit í móti skapi, er han hafdi sett lausíngiann vid eyra hönum, bad lausíngiann gialda sér fé fyrir jördina þá er hann bió á, þvíat þat er mín eign. Lausínginn ferr til Hrúts, ok segir hönum alt tal þeirra. Hrútr bad hann engan gaum at gefa ok gialda ecki fé; Höskuldr veit ei, sagdi hann, hvarr átt hefir land þetta; ferr nú heim ok sitr í búi sínu rétt sem ádr. Litlu sídarr ferr Þorleikr Höskulds son at rádi födur síns med nockura menn á bæ lausíngians, taka hann ok drepa, en Þorleikr eignadi sér fé þat alt ok födur sínum, er lausíng-



Hrappus autem in illo ipso loco in terram descendebat, ita discedebant, et Olavus qvidem manubrium, Hrappus vero ferrum hastæ retinuit. Postea boves vinxerunt, domum deinde rediere. Olavus dixit bubulco se illi ob ejus qverelas parum succensurum. Postero die Olavus domo ad eum locum, ubi Hrappius erat sepultus, egressus est, ibiqve terram effodi jussit, nec tum qvidem Hrappus putrescere coeperat. Ibi Olavus hastam suam invenit. Deinde rogum exstrui jussit; crematusqve eo rogo Hrappus, cinisqve in mare deportatus, nec ulli postea Hrappi manes molesti.

CAP. XXV.

Jam de Höskuldi filiis dicendum. Thorleikus Höskuldi filius anteqvam rei familiaris curam susciperet, multum in mercatoriis itineribus viros supremæ dignitatis convenit insignisqve habitus est vir. Navales qvoqve pugnæ ab eo gestæ egregiaqve edita documenta fortitudinis. Bardus Höskuldi filius qvoqve peregrinatus fuerat, & ubi venit, magni æstimatus, magna enim inerat honestatis & temperantiæ laus. Bardus uxorem Breidfjördensem, Astridam nomine, honesto loco natam mulierem, in matrimonium ducebat. Filio Bardi Thorarinus nomen, filiæ autem Gudnya; uxor erat illa Halli Vigastyris filii, magna inde stirps. Hrutus Herjolfi filius servum qvendam, Hrolfum nomine, in libertatem vindicarat, simulqve illi dederat peculii aliqvantum atqve habitaculum ad Höskuldi fines, verum tam propinqvi erant limites, ut Hrutiani eosdem nimium promoventes libertum in Höskuldi agrum imposuerint. Ibi libertus brevi multas nactus opes. Höskuldus ægre hoc ferens, qvod libertus illi tam propinqvus poneretur, rogavit illum, ut pro prædio, in qvo habitavit, sibi pecuniam solveret, se enim jure eum agrum possidere. Libertus Hrutum convenit remqve omnem docuit. Hrutus dixit: noli hæc advertere animum, nec solve pecuniam, nescit enim Höskuldus cujus hic ager sit. Libertus tum domum redire qvietusqve ut antea rem familiarem curare. Paulo post Thorleikus Höskuldi filius auctore patre cum paucis ad liberti villam pervenit; capiunt hominem atqve obtruncant; Thorleikus vero sibi esse atqve patri omnes opes, qvas libertus comparaverat, postulavit. Hrutus hoc illiusqve

inn hafdi grædt. Þetta spurdi Hrutr ok líkar ílla ok sonum hans; þeir voru margir þroskadir, ok þótti sá frænda-bálkr óárenniligr. Hrútr leitadi laga um mál þetta hversu fara ætti, ok er þetta mál var rannsakat af lögmanni, þá geck þeim Hrúti lítt í hag, ok mátu menn þat mikils, er Hrútr hafdi sett lausíngiann nidr á óleyfdri jördu Höskuldar, ok hafdi hann grædt þar fé, hafdi Þorleikr drepit hann á eignum þeirra fedga; undi Hrútr ílla vid sinn lut. Eptir þetta lætr Þorleikr bæ gera at landa-mæri þeirra Hrúts ok Höskuldar, ok heitir þat á Kambsnesi; þar bió Þorleikr um hríd sem fyrr var sagt. Þorleikr gat son vid konu sinni, sá sveinn var vatni ausinn ok nafn gefit ok kalladr Bolli, var hann enn vænligsti madr snemma.

CAP. 26.

Höskuldr Dala-Kollsson tók sótt í elli sinni; hann sendi eptir sonum sínum ok ödrum frændum sínum ok vinum, ok er þeir komu mælti Höskuldr vid þá brædr Bárd ok Þorleik: ek hefi tekit þýngd nockura, hefi ek verit úsóttnæmr madr, en sá er son minn enn þridi, at ei er edliborinn; nú vil ek beida yckr brædr, at Olafr sé leiddr til arfs ok taki fé at þridiúngi vid yckr. Bárdr svarar fyrri ok sagdi at hann mundi þetta gera eptir því sem fadir hans vildi, þvíat ek vænti mér sóma af Olafi í alla stadi því heldr sem hann er féríkari. Þá mælti Þorleikr: fiarri er þat mínum vilia at Olafr sé arfgeingr giörr, hefir Olafr ærit fé ádr, hefir þú, fadir! þar marga þína muni til gefna ok leingi miök misjafnat*) med oss brædrum, mun ek ei uppgefa þann sóma med siálfsvild er ek em tilborinn. Höskuldr mælti: ei munu þid vilia ræna mik lögum at ek gefi XII aura syni mínum sva stórættadum í módurkyn sem Olafr er. Þorleikr játar því; sídan lét Höskuldr taka gullhríng Hákonar-naut, hann va mörk ok sverdit konúngs-naut, er til kom hálf mörk gulls, [ok gaf] Olafi syni sínum, ok

*) *Alii:* "misjafnt skipt."

filii comperientes ægre tulere; tum multi illorum adulti, & sane erat illa gens haud sine terrore aggredientibus. Hrutus hac de causa, qvomodo esset tractanda, leges consultabat, qvæ cum a Jurisconsulto esset cognita, parum Hrutianis cessit ex voto; magni enim momenti visum est, qvod Hrutus libertum sine Höskuldi venia in illius agrum deposuerat, atqve libertus ibidem opes nactus erat; ideoqve Thorleikus eum in suo paterno agro obtruncarat. Hrutus itaqve ægre suam sortem pertulit. Postea Thorleikus ad Hruti atqve Höskuldi limites villam exstruxit. Kambsnesum ea villa vocata. Ibi Thorleikus per aliqvod tempus habitabat uti antea dictum est. Thorleikus ex uxore nactus filium, illi puero aqva superfusa nomen Bollius inditum; brevi ille excellentis formæ vir.

CAP. XXVI.

Höskuldus filius Dalakolli ætate jam grandis in morbum incidit. Tum filios ceterosqve amicos atqve propinqvos misso nuntio ad se vocavit. Qvi ad eum cum venissent, fratres Thorleikum atqve Bardum ita alloqvitur: Jam infirmitatem qvandam sentio, nec solitum mihi valetudinarium esse; tertius autem mihi filius est extra matrimonium natus, ideoqve vos fratres rogo, ut Olavum in hæreditatis jura recipiatis, uti tertiam opum partem vobiscum sortiatur. Bardus prior respondit atqve dixit, se hoc facturum secundum voluntatem patris, nam tanto, inqvit, majorem mihi ab Olavo honorem expecto, qvanto majores ille adeptus fuerit opes. Tunc Thorleikus, valde, inqvit, hoc mihi contrarium est, ut Olavus in hæreditatis jura recipiatur, multæ enim illi opes antea; et tu qvidem profecto pater de tuis rebus multum illi præbuisti, æqvitatem erga nos fratres parum respiciens. Haud sane lubens ab eo cedam honore, in qvem natus sum. Höskuldus dixit: spero vos jus mihi non denegaturos, ne filio meo cui materna stirps ita nobilis, uti Olavo est, XII aureos (uncias) donem. Hoc illi Thorleikus concessit. Tum Höskuldus annulum aureum marcæ pondus habentem, qvem rex Hacon illi dederat, afferri sibi jussit, simulqve gladium, qvem illi dederat rex, dimidio marcæ constantem, atqve hæc Olavo simul

þar med giptu sína ok þeirra frænda, kvadst ei fyrir því þetta mæla at ei vissi hann at hún hafdi þar stadar numit. Olafr tekr vid gripunum ok kvadst til mundu hætta hversu Þorleiki líkadi. Hönum gatst ílla at þessu ok þótti Höskuldr hafa haft undirmál vid sik. Olafr segir: ei mun ek gripina lausa láta, Þorleikr! þvíat þú leyfdir þvílíka fégiöf vid vitni, mun ek til þess hætta hvart ek fæ haldit. Bárdr kvadst vilia samþyckia rádi födur síns. Eptir þetta andadist Höskuldr. Þat þótti mikill skadi fyrst at upphafi sonum hans ok öllum frændum hans ok teingdamönnum þeirra ok vinum. Synir hans láta verpa haug virduligan eptir hann, lítid var fé borit í haug hiá hönum; en er því var lokit þá taka þeir brædr tal um þat at þeir munu efna til erfiss eptir födur sinn, þvíat þat var þá tízka í þann mund. Þá mælti Olafr: sva lízt mér sem ecki megi sva skiótt at þessari veizlu snúa, ef hún skal sva virdulig verda, sem oss þætti sóma; er nú miök alidit haustid, en ecki audvelt at afla fánga til, mun ok flestum mönnum þykia torvelt þeim lángt eiga til at sækia á haust-degi, ok vís van at margir komi ei þeir, er vér vildim helzt at kæmi, mun ek ok nú til þess bióđast í sumar á þíngi at bióda mönnum til bods þessa, mun ek leggia framm kostnad at þridiúngi til veizlunnar. Þessu játa þeir brædr, en Olafr ferr nú heim. Þeir Þorleikr ok Bárdr skipta fé med sér; hlýtr Bárdr födur-leifd þeirra, þvíat til þess héldu fleiri menn, þvíat hann var vinsælli; Þorleikr hlaut meirr lausafé. Vel var med þeim brædrum Olafi ok Bárdi ok blítt, en heldr stygt med þeim Olafi ok Þorleiki. Nú lídr siá enn næsti vetr ok kemr sumar, ok lídr at þíngi; búast Höskulds synir nú til þíngs; var þat brátt audsætt at Olafr mundi miög vera fyrir þeim brædrum; ok er þeir koma til þíngs, tialda þeir búd sína, ok biuggust um vel ok kurteisliga.

cum sua atqve stirpis suæ benignitate fati *) *donavit dixitqve se haud eam ob causam ita locutum, qvod nesciret eam apud Olavum sibi jam locum vindicasse. Olavus res istas pretiosas accepit dixitqve se periclitari velle, qvomodo hæc placerent Thorleiko. Ille vero ista ægre ferre Höskuldumqve fraude se circumvenisse putare. Olavus dixit: non ego ab his pretiosis discedam, Thorleike! hoc enim donum præsentibus testibus comprobasti, volo utiqve periclitari, utrum mihi illud retinere contingat. Bardus patris se auctoritati concessurum affirmavit. Postea Höskuldus diem obiit. Magna illa visa clades, præsertim filiis cæterisqve propinqvis et affinibus atqve amicis. Filii illum magnifico tumulo condidere. Opum haud multum tumulo ingestum. Qvo facto ortus inter fratres sermo: patrem funerali convivio esse venerandum; id enim moris fuit. Tunc dixit Olavus: ita mihi videtur, uti hoc convivium haud ita subito fieri qveat, si adeo magnifice, uti nos conveniens arbitramur, instaurandum est; multus enim autumnus jam, nec facile necessaria comparantur, et difficile sane videbitur plurimis hominibus tale iter autumnali tempore suscipere, certumqve habeo multos, qvos potissimum advenire cuperemus, non venturos. Me itaqve offero ut proxima æstate in comitiis publicis homines ad hoc convivium invitem, atqve tertiam partem solvam pecuniæ, qvæ huic convivio impendetur. Probavere hoc fratres; Olavus autem domum rediit. Thorleikus & Bardus opes inter se divisere; Bardus agrum sortitus paternum, pluribus ita svadentibus, magis enim amicitia pollebat. Thorleikus autem rutorum cæsorum plus nactus est. Olavo & Bardo amicitia candida, Olavo autem atqve Thorleiko haud abfuit indignatio. Proxima jam præterlapsa hyeme, æstas appropinqvabat, instabatqve tempus comitiorum; tum Höskuldi filii ad comitia proficisci parant. Brevi hoc manifestum Olavum inter fratres principem fore. Ad comitia ubi ventum est, instructum tabernaculum, omniaqve bene atqve concinne adornata.*

*) *Vocem* "Gipta" *ita vertendam censemus. Credebant enim antiqvi peculiarem qvandam fortunam singulis hominibus divinitus contingere, qvam aliqva ex parte saltem pro lubitu aliis communicare valerent.* "Gipta" ɔ: datum, donum, *itaqve hoc vocavere; qvia dono homines id adipiscebantur, dando idem communicari putavere. Fato itaqve hoc qvadam ex parte simile, & saltem melius per hanc vocem exprimitur qvam per fortunam aut felicitatem aut his similem vocem aliqvam. Cæterum vide C.* 21 *Regis Haraldi verba, qvibus discedentem Olavum compellabat.*

CAP. 27.

Þat er sagt einn dag, þá er menn gánga til lögbergs, þá stendr Olafr upp ok hann kvedr sér hlióds ok segir mönnum fyrst fráfall födur síns; eru hér nú margir menn frændr hans ok vinir; nú er þat vili brædra minna at ek bióda ydr til erfiss eptir Höskuld födur varn öllum godords-mönnum, þvíat þeir munu flestir enir gildari menn, er í teingdum voru bundnir vid hann; skal ok því lýsa, at engi skal giafalaust á brott fara enna meiri manna; þar med vilium vér bióda bændum ok hverium er þiggia vill, sælum ok veslum; skal sækia hálfs-mánadar veizlu á Höskuldstadi, þá er X vikur eru til vetrar. Ok er Olafr lauk sínu máli, þá var gódr rómr gérr, ok þótti þetta erendi stórum sköruligt, ok er Olafr kom heim til búdar, sagdi hann brædrum sínum þessa tilætlan. Þeim fannst fátt um, ok þótti ærit mikit vid haft. Eptir þíngit rída þeir brædr heim; lídr nu sumarit; búast þeir brædr vid veizlunni; leggr Olafr til óhneppiliga at þridiúngi, ok er veizlan búin med hinum beztu faungum, var mikit til aflat þessarar veizlu, þvíat þat var ætlat, at fiölmennt mundi koma; ok er at veizlu kemr, er þat sagt at flestir virdínga menn koma þeir sem heitid höfdu; var þat sva mikit fiölmenni, at þat er sögn manna flestra, at ei skyrti DCCCC. Þessi hefir önnur veizla fiölmennust verit á Islandi, en sú önnur, er Hialta synir gerdu erfi eptir födur sinn; þar voru XII C (MCC). Þessi veizla var en sköruligsta at öllu, ok fengu þeir brædr mikinn sóma, ok var Olafr mest fyrir-madr. Olafr geck til móts vid báda brædr sína um fégiafir; var ok gefit öllum virdínga-mönnum. Ok er flestir menn voru í brottu farnir, þá víkr Olafr til máls vid Þorleik bródur sinn ok mælti: sva er frændi, sem þér er kunnigt, at med ockr hefir verit ecki mart, nú vilda ek til þess mæla, at vid betradim frændsemi ockra; veit ek at þér mislíkar, er ek tók vid gripum þeim, er fadir minn gaf mér á deyanda degi; nú ef þú þykist af

CAP. XXVII.

Memoriæ traditum est: Olavum aliqva die, cum homines ad Rupem Judiciorum congregati essent, surrexisse, postulatoqve silentio primum patris mortem memorasse. Multi hic, inqvit, adsunt illius amici atqve cognati; jam fratrum meorum hæc voluntas est; ut ad paterna parentalia invitem omnes viros, qvi pontificatibus præsunt; reor enim plerosqve insigniores viros illi aliqvantum conjunctos fuisse. Sciantqve hoc omnes, nullum majoris existimationis virum, sine munere dimissum fore. Præterea etiam colonos & qvemlibet alium, qvi invitationem nostram acceptare vult, divitem pariter ac inopem, invitamus, ut ad qvatuordecim dierum convivium Höskuldstados veniat, X ante hyemis intium septimanis. Cum Olavus sermonem finivisset, omnes hoc laudare & generosam hanc invitationem admirari. Olavus ad tabernaculum rediens fratribus rem, uti acta erat, enarravit. Illi vero haud sane inde læti, nimiam in hoc pompam adhiberi rebantur. Finitis comitiis fratres domum rediere. Labitur jam æstas fratres convivii intenti præparationi, Olavus sane munifice tertiam sumtus partem præbuit. Convivium hoc, optimo apparatu instauratum, & multo qvidem sumtu, magna enim mortalium multitudo expectabatur. Convivii tempore appropinqvante, plerosqve viros nobiles, qvi venire promiserant, advenisse memoriæ traditum est. Tanta erat mortalium multitudo, ita saltem plurimi referunt, ut numerus DCCCC omnino expleretur. Illud convivium in Islandia convivarum numero maximo proximum fuit, maximum autem fuit parentale, qvod in patris memoriam Hjalti filii instaurabant, ibi enim MCC. Hoc convivium maxima cum pompa factum est, magnusqve inde honos fratribus, plerumqve tamen Olavus princeps habebatur. In muneribus dandis Olavus ambos æqvavit fratres & omnes qvidem viri insigniores munera retulere. Cæterum, qvando pleriqve convivarum abierant, Olavus Thorleikum fratrem ita allocutus est: Ita se res habet, frater! uti tibi qvoqve notum est, pauca nos invicem exhibuimus amicitiæ documenta, jam ego hoc postulo, ut magis firmam inter nos reddamus amicitiam consangvinitatis. Eqvidem scio te indignari, qvod pretiosa munera a patre acceperim, ea die, qva ille moreretur, jam

þessu vanhaldinn, þá vil ek þat vinna til heils hugar þíns at fóstra son þinn, ok er sá kalládr æ minni madr er ödrum fóstrar barn. Þorleikr tekr hönum vel, ok sagdi sem satt er, at þetta er sæmiliga bodit; tekr nú Olafr vid Bolla, syni Þorleiks, þá var hann þrévetr; skiliast þeir nú med enum mesta kærleik, ok ferr Bolli heim í Hiardarholt med Olafi. Þorgerdr tekr vel vid hönum, fædist Bolli þar upp, ok unna þau hönum ei minna enn sínum börnum.

CAP. 28.

Olafr ok Þorgerdr áttu son, sá sveinn var vatni ausinn ok nafn gefit, ok var kalladr eptir Mýrkiartani módur-födur sínum; þeir Bolli ok Kiartan voru miök jamgamlir; enn áttu þau fleiri börn: synir þeirra hétu Steinþór ok Haldór, Helgi ok Höskuldr hét enn ýngsti son Olafs; Bergþóra hét dóttir þeirra Olafs ok Þorgerdar ok Þorbiörg; öll voru börn þeirra mannvæn, er þau óxu upp. Í þenna tíma bió Hólmgaungu-Bersi í Saurbæ*), á þeim bæ, er í Túngu heitir; hann ferr á fund Olafs ok baud Haldóri syni hans til fósturs; þat þiggr Olafr ok ferr Haldor heim med hönum, hann var þá vetr-gamall. Þat sumar tekr Bersi sótt ok liggr leingi sumars. Þat er sagt einn dag er menn voru at heyverki í Túngu, en þeir II inni Haldór ok Bersi: lá Haldór í vöggu, þá fellr vaggan undir sveininum ok hann úr vöggunni á gólfit; þá mátti Bersi ei til fara; þá kvad Bersi þetta:

Liggium bádir
í lama-sessi
Haldór ok ek
höfum eingin þrek,
veldr elli mér
en æska þér,

*) *Nonnulli:* "í Túngu í Saurbæ."

si in his iniqva te rere perpessum, volo sane, si eo pacto animum tuum mihi sincerum fieri continget, filium tuum educandum accipere, & sane ille semper minoris existimationis vir habetur, qvi alius filium educàt. Thorleikus hæc lætus audivit, atqve dixit, id qvod verum erat, hac conditione multum sibi honorem haberi; tumqve Olavus Bollium Thorleiki filium excepit; tunc ille trimus. Jamqve intimo cum amore discessere. Bollius cum Olavo domum ivit Hjardarholtum. Thorgerda amice illum excepit; ibi Bollius adolescebat, illis haud minus, qvam ipsorum liberi, carus.

CAP. XXVIII.

Olavus & Thorgerda filium nacti; illi puero aqva superfusa, nomen inditum avi[proavi] materni Myrkjartani. Bollio atqve Kjartano eadem ferme ætas. Præterea plures erant liberi. Filii erant Steinthor, Haldor, Helgius. Olavi filiorum ætate minimo Höskuldo nomen fuit. Filiæ autem Olavi atqve Thorgerdæ fuere Bergthora atqve Thorbjörga. Omnes eorum liberi cum adolescerent bonam præbuere sui spem. Hoc tempore Bersius (Bersius monomachus) in Saurbæo habitat in villa Tunga dicta. Ille Olavum convenit, illiusqve filio Haldori educationem obtulit. Olavo hoc probante, Haldor cum Bersio domum profectus est, unum tum natus annum. Hac æstate Bersius in morbum incidit magnamqve æstatis partem in lecto decubuit. Fertur, aliqva die, cum homines Tungæ foenario operi intenti essent, soli autem Bersius atqve Haldor domi adessent; (tumqve Haldor in cunis cubuit) devolutas esse cum puero cunas, eumqve e cunis in pavimentum cecidisse, Bersiumqve illum tunc adjuvare non potuisse; tum Bersius hæc cecinit:

Ambo decumbamus
In infirmorum sede
Haldor atqve ego,
Robur nobis deest,
Mihi propter senectutem
Tibi propter juventutem.

þat batnar þér
en þeigi mér *).

Sídan koma menn ok taka Haldór upp af gólfinu, en Bersa batnar, Haldór fæddist þar upp ok var mikill madr ok vaskligr. Kiartan Olafs-son vex upp heima í Hiardarholti; hann var allra manna vænstr þeirra er fædst hafa á Islandi: hann var mikilleitr ok velfarinn í annliti, manna bezt eygdr ok lióslitadr; mikit hár hafdi hann ok fagurt sem silki ok féll med lockum, mikill madr ok sterkr eptir því sem verit hafdi Egill módur-fadir hans edr Þórólfr. Kiartan var hverium manni betr á sik kominn, sva at allir undrudust þeir er sá hann; betr var hann ok vígr enn flestir menn adrir; vel var hann hagr ok syndr manna bezt; allar íþróttir hafdi hann miök umframm adra menn; hverium manni var hann lítillátari ok vinsæll, sva at hvert barn unni hönum; hann var léttúdigr ok mildr af fé. Olafr unni mest Kiartani allra barna sinna. Bolli fóstbródir hans var mikill madr, hann geck næst Kiartani um allar íþróttir ok atgervi, sterkr var hann og frídr sýnum, kurteiss ok enn hermannligsti, mikill skarz-madr; þeir unnust mikit fóstbrædr. Sitr Olafr nú at búi sínu sva at vetrum skipti.

CAP. 29.

nam consultatio, et sane illa haud æqve animo rem pertulit; omnia tamen qvieta. Nuptiale convivium, ut Garpsdali fieret, mense, qvem tvimanudum *(ɔ: qvintum œstatis mensem) vocant, destinatum. Gudruna Thorvaldum haud multum diligebat, in poscendis pretiosis fuit molesta, nec ulla tanti pretii in occidentali Islandiæ parte reperiebantur, ut Gudruna illa se possidere haud æqvum reretur, et Thorvaldo se sane inimicam exhibuit, si ille cimelia non adqvirebat qvantovis constantia pretio. Thordus Ingunnæ filius cum Thorvaldo atqve Gudruna licentius conversatus apud eos multum commorabatur, multiqve dispersi sermones de Thordi & Gudrunæ amoribus. Qvadam vice accidit, ut Gudruna Thorvaldum rogaret, ut sibi pretiosa emeret. Thorvaldus nullam illi inesse modestiam qverebatur eiqve colaphum incutit. Tunc Gudruna. Jam, inqvit, mihi illud dono dedisti, qvod nos mulieres natura nobis inesse multum lætamur, hoc autem est pulcher faciei color, et hac qvidem re me sane docuisti ne tibi rogitando multum essem molesta. Eodem vespere Thordus eo venit, illi Gudruna illatam sibi injuriam memoravit, rogavitqve qvo pacto eadem sibi esset vindicanda. Thordus dixit subridens: Præstans adhæc scio consilium: Indusium illi facias, atqve aperturam, per qvam caput transmittitur, adeo magnam, ut divortium illi declarare possis tumqve hanc ob causam ab illo abeas. His Gudruna non adversabatur; ita eorum sermo finitus. Eodem vere Gudruna Thorvaldo divortium declaravit, Laugasqve domum rediit. Tum inter illam atqve Thorvaldum divisæ opes, atqve illa totius pecuniæ dimidium nacta, & majorem sane jam, qvam antea habuerat, pecuniam reportavit. Duos illa annos cum Thorvaldo fuerat conjuncta. Eodem vere Ingunna prædium, qvod in Kroksfjördo habuerat qvodqve postea Ingunnarstadi vocatum est, vendidit. Tumqve versus occidentem in Skalmarnesum profecta est. Illam Glumus Geiri filius in matrimonio habuerat uti antea memoratum est. Hoc tempore Hallsteinus Pontifex Hallsteinsnesi ab occidentali parte Thorskafjördi habitabat. Potens ille vir atqve pollens amicitia.*

CAP. XXXV.

Vir nomine Kotkellus tum paulo ante ad Islandiam pervenerat. Uxor illi Grima. Illis filii Hallbjörnus Slikisteinsauga (Foramen cotis rotatilis)

andi; þessir menn voru sudreyskir. Öll voru þau miök fiölkunnig ok enir mestu seidmenn. Hallsteinn godi tók vid þeim ok setti þau nidr at Urdum í Skálmar-nesi, ok var þeirra bygd ecki vinsæl. Þetta sumar fór Gestr á skipi til Saurbæar, sem hann var vanr; hann gisti á Hóli í Saurbæ; þeir mágar lédu hönum hesta sem fyrr var vant. Þórdr Ingunnarson var med Gesti í för, ok kom til Lauga í Sælíngsdal. Gudrún Osvífurs dóttir reid til þíngs ok fylgdi henni Þórdr Ingunnarson. Þat var einn dag, er þau ridu yfir Bláskóga-heidi, var á vedr gótt; þá mælti Gudrún: hvart er þat satt, Þórdr! at Audr kona þín er jafnan í brókum ok set-geiri*) í, en vafit spiörrum miök í skúa nidr? Hann kvadst ecki hafa til þefs fundit. Lítid bragd mun þá at, segir Gudrún, ef þú finnr ei, ok fyrir hvat skal hún þá heita Bróka-Audr? Þórdr mælti: vér ætlum hana litla hríd sva hafa verit kallada. Gudrún ségir: hitt skiptir hana enn meira at hún eigi þetta nafn lengi. Sídan eptir þat komu menn til þíngs; er þar alt tídendalaust. Þórdr var laungum í búd Gests ok taladi jafnan vid Gudrúnu. Einn dag spurdi Þórdr Ingunnarson Gudrúnu, hvat konu vardadi, ef hún væri í brókum jafnan sva sem karlar? Slíkt víti á konum at skapa fyrir þat á sitt hóf sem karlmanni, ef hann hefir höfudsmátt mikla, at siái geirvörtur hans berar, braut-gángs sök hvartveggia. Þá mælti Þórdr: hvart rædr þú mér, at ek segi skilit vid Audi hér á þíngi edr í héradi, ok gera þat vid fleiri manna, því at menn eru skapstórir þeir er sér mun þykia misbodit í þessu? Gudrún svarar stundu sídarr: aptans**) bídr óframs sök. Þá spratt Þórdr þegar upp ok geck til lög-bergs ok nefndi sér vatta at: hann segir skilit vid Audi, ok fann þat til saka at hún skarst í setgeira-brækr sem karlkonur. Brædrum Audar líkar ílla ok er þó kyrt. Þórdr rídr af þíngi med þeim Osvífurs son-

---

*) *Alii:* "settr geiri." **) *Alii:* "Optast."

atqve Stigandus, Hebridensis illa gens. Magna omnibus inerat peritia magices atqve veneficiorum. Hallsteinus Sacerdos illos exceperat atqve Urdis in Skalmarneso deposuerat; accolis illi parum accepti. Hac æstate Gestus uti illi erat solitum, navi vectus ad Saurbœum, Holo Saurbœensi hospitabatur. Memorati jam affines, uti illis in usu erat, eqvos illi præbuere. Thordus Ingunnæ filius cum Gesto profectus Laugas Sælingsdalenses pervenit. Gudruna Osvivi filia ad comitia publica eqvo vecta Thordo Ingunnæ filio illam comitante. Aliqva die cum per desertum Blaskogense iter facerent, coelumqve sudum esset, dixit Gudruna: num illud verum, Thorde! uxorem tuam Auduram feminalibus inter crura solidis qvorumqve infima calceis implicentur, esse plerumqve indutam? ille hoc se sensisse negavit. Gudruna dixit: tum his haud multa fides si a te non sentiuntur, et qvam ob rem illi tum Broka-Audura inditum nomen? Thordus dixit: per exiguum qvidem tempus illam ita vocatam arbitramur. Gudruna dixit: hoc illi majoris est momenti, si diu posthæc nomen retinebit. Jam ad comitia conventum, nec ibi aliqvid novi accidit. Thordus multum in Gesti tabernaculo commoratus, crebra cum Gudruna habuit colloqvia. Aliqva die Thordus Ingunnæ filius interrogavit Gudrunam: num qvid mulieri culpæ esset, si plerumqve esset braccata qvemadmodum viri. Illa respondit: tantam propter id uxores poenam, secundum illorum rationem merentur, qvantam viri, si apertura cervicali vestium magna utantur et papillæ eorum nudæ appareant, utrumqve enim causa divortii. Tunc Thordus: utrum, inqvit, mihi magis svades, ut Auduræ, hic in comitiis divortium declarem, an in pago plurium hominum utens auxilio; magni enim spiritus viri sunt, qvi se hac re ignominia affectos reantur? Post aliqvod intervallum Gudruna respondit; V e s p e r e m e x p e c t a t ignavi c a u s a. Thordus tum prosiliens, Saxum judiciorum adibat, advocatis testibus Auduræ divortium declarans propter id illam criminatus qvod virorum more braccas sine apertura indueretur. Auduræ fratres ægre hoc tulerunt; omnia tamen qvieta. Thordus e comitiis cum Osvivi filiis eqvo vectus. Hic autem nuntius cum ad Auduram esset perlatus, illa dixit: bene est qvod hæc sciam, si aliqvando mihi obvenerit occasio.

um; en er Audr spyrr þessi tídendi, þá mælti hún: vel er ek veit þat, sagdi Audr, var ek ein vid-látin*). Sídan reid þórdr til féskiptis vestr til Saurbæar med XIIta mann ok geck þat greitt, þvíat þórdi var óspart um hversu fénu var skipt. þórdr rak vestan til Lauga mart bú-fé. Sídan bad hann Gudrúnar, var hönum þat mál audsótt vid Osvíf, en Gudrún mælti ecki í móti. Brullaup skyldi vera at Laugum at Xdu viku sumars; var sú veizla allskörulig. Samför þeirra þórdar ok Gudrúnar var gód. þat eitt hélt til at þeir þorkell hvelpr ok Knútr fóru eí málum á hendr þórdi Ingunnarsyni, at þeir feingu ei styrk til. Annat sumar eptir höfdu Hóls-menn selför í Hvamsdal, var Audur ad seli. Lauga-menn höfdu selför í Lamba-dal, sá geingr vestur í fiöllin at baki Hvammsdal. Audr spyrr þann mann, er smalans gætti, hversu opt hann fyndi smala-mann þórdar? Hann kvad þat jafnan vera sem líklikt var, þvíat dalrinn var ímilli ánna**). þá mælti Audr: þú skalt hitta í dag smala-mann frá Laugum ok máttu segia mér, hvat manna er at vetr-húsum edr í seli, ok ræd alt vingiarnliga til þórdar, sem þú átt at gera. Sveinninn heitir at gera sva sem hún mælti. En um kveldit, er smalamadr kom heim, spurdi Audr tídenda. Smalamadrinn svarar: spurt hefi ek þau tídendi er þér munu þykia gód, at nú er breidt hvílu-gólf milli rúma þeirra þórdar ok Gudrúnar; þvíat hún er í seli, en hann heima at skála-smídi, ok eru þeir Osvífr II at vetr-húsum. Vel hefir þú niósnat segir hún ok haf södlat hesta II er menn fara at sofa. Smala-sveinn gerdi sem hún baud, ok nockuru fyrir sólarfall sté Audr á bak, ok var hún þá at vísu í brókum. Smala-sveinn reid ödrum hesti ok gat varla fylgt henni sva knúdi hún fast reidina; hún reid sudr yfir Sælíngsdals-heidi ok nam ei stadar fyrr enn undir tún-gardi at Laugum: þá sté hún af baki, en bad smala-sveininn gæta hestanna medan hún gengi til húss. Audr geck at dyrum;

*) *Nonnulli:* "at ek var ein-látin." **) *Alii:* "þvíat háls einn var í milli dalanna."

Deinde Thordus ad Saurbœum versus occidentem cum undecim hominibus eqvo vectus ad opes dividendas; et hoc qvidem peractum absqve ulla molestia, Thordo, qvomodo id ageretur, haud multum curante. Thordus ab occidente Laugas multa armenta abegit. Deinde Gudrunam uxorem sibi petivit; ab Osvivo ea conditio facile impetrata, Gudruna haud abnuente. Nuptiale convivium Laugis ad decimam æstatis septimanam constitutum. Id convivium admodum erat magnificum. Thordus atqve Gudruna felici amore conjugali utebantur. Id præsertim in causa erat cur Thorkellus Catulus atqve Knutus Thordum Ingunnæ filium non in jus vocarent, qvod vires illis defuere. Secunda post æstate Viri Holenses in Hvamsdalo pecora in æstivis tenebant pascuis, ibi Audura pecoris custodiæ præfuit. Viri Laugenses in Lambadalo pecora tenuere. Illa vallis versus occidentem inter montes flexa pone Hvammsdalum sita est. Audura pastorem, qvi pecora custodivit, rogavit, qvoties ille Thordi pastorem convenire soleret. Ille crebros sibi cum illo occursus affirmavit, nec mirandum hoc, cum in eadem valle inter flumina sita pecora custodirent. Tunc Audura: Hodie, inqvit, mihi pastorem Laugensem convenias, mihiqve explora, qvi homines in domiciliis hyemalibus qviqve in æstivis degant & in omnibus amice de Thordo loqvare, uti te decet. Puer ita se facturum promisit. Vespere autem cum pastor domum rediret, nova illum Audura rogavit, tumqve pastor respondebat: illa qvæ tibi sane placebunt nova exploravi: Nempe cubiculi pavimentum) inter Thordi atqve Gudrunæ lecticam sat amplum esse; illa enim in æstivis domiciliis ille autem domi ad ædificandum dormitorium adest & ille qvidem cum Osvivo solus in hyemalibus domiciliis commoratur. Pulchre explorasti, dixit illa; & qvando cætera familia cubitum discesserit, duos stratos adducas eqvos. Pastor illius jussa exsecutus. Aliqvanto ante solis occasum Audura eqvum conscendit & tum qvidem sane braccata erat. Pastor alio vectus eqvo vix illam seqvi potuit, tanta illi itineris fuit festinatio. Per Deserta Sælingsdalensia profecta; haud prius qvam ad aggerem agri domestici Laugensis constitit. Tum descendens ab eqvo, pastorem, dum villam adiret, eqvos cu-*

*) *Cubiculi pavimentum i. e. interstitium; solitis per lusum in insolita translatis.*

hún geck inn ok at lok-reckiu þeirri, er Þórdr lá í ok svaf, var hurdin fallin aptr en ei lokan fyrir; hún geck at lok-reckiunni, en Þórdr svaf ok horfdi í lopt upp. Þá vakti Audr Þórd, en hann snerist á hlidina, er hann sá, at madr var kominn; hún brá þá saxi ok lagdi á Þórdi ok veitti hönum áverka mikla, ok kom á höndina hægri, ok vard hann sár á bádum geir-vörtum; sva lagdi hún til fast, at saxit nam í bedinum stadar. Sídan geck Audr brott ok til hests ok hlióp á bak ok reid hún eptir þat. Þórdr vildi upp spretta, er hann féck áverkann ok vard þat ecki, þvíat hann mæddi blód-ras. Vid þetta vaknadi Osvífr ok spyrr hvat tídt væri? En Þórdr kvadst ordinn fyrir áverku nockurum. Ósvífr spyrr ef hann vissi hverr á hönum hefdi unnit? ok stód upp ok batt um sár hans. Þórdr kvadst ætla at þat hefdi Audr gört. Osvifr baud at rída eptir henni; kvad hana fámenna til mundu hafa farit ok væri henni skapat víti. Þórdr kvad þat fiarri skyldu fara; sagdi hana slíkt hafa at-gert sem hún átti. Audr kom heim í sólar upprás, ok spurdu þeir brædr hennar, hvert hún hefdi farit? Audr kvadst farit hafa til Lauga, ok sagdi þeim hvat til tídenda hafdi giörst í förum hennar. Þeir létu vel yfir ok kvádu oflítid mundu at ordit. Þórdr lá leingi í sárum, ok gréru vel bríngu sárinn, en sú höndin vard hönum hvergi betri til taks enn ádr. Kyrt var nú um vetrinn, en eptir um varit kom Ingunn módir Þórdar vestan af Skálmar-nesi. Hann tók vel vid henni. Hún kvadst vilia rádast undir áraburd Þórdar; kvad hún Kotkel gera sér úvært í fiár ránum ok fiölkýngi, en hafa mikit traust af Hallsteini goda. Þórdr veikst skiótt vid þetta mál ok kvadst hafa skyldu rétt af þiófum þeim, þótt Hallsteinn væri at móti; snarast þegar til ferdar vid X mann. Ingunn fór ok vestr med hönum; hann hafdi feriu úr Tialdanesi; sídann heldu þau vestr til Skálmarness. Þórdr lét flytia til skips alt lausafé þat er módir hans átti þar, en smala skyldi reka fyrir innan fiördu. XII

stodire jubebat. Audura fores intravit pervenitqve ad lectum illum clausum, in qvo Thordus dormiebat; janua qvidem posti erat admota, sed non obpessulata; illa ad lectum propius accessit, sed Thordus resupinus qvievit somno. Tum Audura Thordum e somno excitavit, ille vero in latus se convertebat, cum hominem adesse conspexisset, tum stricto gladio Thordum ferivit, multumqve vulneravit & ferrum qvidem dextram tetigerat atqve utramqve vulneraverat mammam, tantaqve ferrum impegerat vi, ut in lecto deniqve fixum maneret. Deinde Audura ad eqvum abiit eumqve conscendit tumqve avolavit. Thordus, cum vulnus sentiret prosilire voluit, vires autem illi defuere, nam profusione sangvinis erat debilitatus. Ad hæc Osvivus e somno excitatus rogavit qvid novi accidisset? Thordus se nonnihil sauciatum affirmavit. Osvivus rogans, an sciret qvi homo illum adortus fuerit, surrexit vulneraqve illi deligavit. Thordus hoc Auduram esse sese opinari affirmavit. Osvivus se illam eqvo perseqvi velle contendit, se enim Auduræ præsidium exiguum reri, facile itaqve ad poenam illam adduci posse. Thordus nullo pacto ita faciendum, illam enim qvod debuisset fecisse affirmavit. Audura ad ortum solis domum rediit; fratres rogarunt, qvo profecta esset? Audura se Laugas venisse qvidqve novi in itinere accidisset docuit. Illi factum laudare, modo timere, ne sufficiens fuerit effectus. Diu Thordus vulneribus infirmus decubuit et pectoris qvidem vulnus sanatum est, manus autem vulnerata haud sane unqvam omnino est refecta. Per hyemem tamen omnia qvieta. Vere autem seqventi Ingunna Thordi mater ab occidente a Skalmarneso advenit; ille matrem amice excepit. Illa se Thordi protectioni sese velle committere confirmavit; Kotkelum sibi rapinis ac veneficiis esse molestum; multum autem Hallsteini Pontificis subsidio niti. Thordus hanc statim suscipere caussam, se vel adversario Hallsteino, istos fures jure exsecuturum confirmare, statimqve in iter se dare, IX sociis comitantibus. Ingunna qvoqve versus occidentem cum illo profecta. Scapha e Tjaldaneso profectus versus occidentem ad Skalmarnesum cursum dirigebat. Thordus omnia ruta cæsa, qvæ ibi essent matri, ad navim deportari jubebat, armenta vero intra sinuum capita abigi. Duodecim mortales navim conscendebant in iisqve Ingunna & al-

voru þau alz á skipi; þar var Ingunn ok önnur kona. Þórdr kom til bæar Kotkels med Xda mann. Synir þeirra Kotkels voru ei heima. Sídan stefndi hann þeim Kotkeli ok Grímu ok sonum þeirra um þiófnat ok fiölkýngi ok lét varda skóggáng. Hann stefndi sökum þeim til alþíngiss, ok fór til skips eptir þat. Þá komu þeir Hallbiörn ok Stígandi heim, er Þórdr var kominn frá landi, ok þó skamt. Sagdi Kotkell þá sonum sínum hvat þar hefdi í giörst medan þeir voru ei heima. Þeir brædr urdu ódir vid þetta ok kvádu menn ecki hafa fyrr gengit í berhögg vid þau um sva mikinn fiandskap. Sídan lét Kotkell gera seid-hiall mikinn; þau færdust þar á upp öll, þau kvádu þar frædi sín, en þat voru galdrar. Því næst laust á hríd mikilli; þat fann Þórdr Ingunnarson ok hans förunautar, ok til hans var gört vedrit. Keyrir skipit vestr fyrir Skálmar-nes. Þórdr sýndi mikinn hraustleik í sælidi. Þat sá þeir menn, er á landi voru, at hann kastadi því öllu er til þúnga var utan mönnum; væntu þeir menn er á landi voru Þórdi þá landtöku, þvíat þá var af-farit þat sem skeri-óttast var. Sídan reis bodi skamt frá landi sá er engi madr mundi at fyrri hefdi uppi verit ok laust skipit sva at þegar horfdi upp kiölrinn. Þar drucknadi Þórdr ok alt föruneyti hans, en skipit braut í spón; ok rak þar kiölinn, er sídan heitir Kialar-ey. Skiöld Þórdar rak í þá ey, er Skjaldar-ey er köllut; lík Þórdar rak þar þegar á land og hans förunauta; var þar haugr orpinn at líkum þeirra, þar er sídan heitir Haugs-nes.

CAP. 36.

Þessi tídendi spyriast vída ok mælast illa fyrir; þóttu þat úlífiss-menn, er slíka fiölkýngi frömdu, sem þau Kotkell höfdu þá lýst. Mikit þótti Gudrúnu at um líflát Þórdar ok var hún þá ei heil ok miök framat. Gudrún fæddi svein, sá var vatni ausinn ok kalladr Þórdr. Í þenna tíma bió Snorri godi at Helgafelli; hann var frændi Osvífurs ok vin;

tera qvædam mulier. Thordus cum novem hominibus Kotkelli villam adiit. Kotkelli filii haud domi aderant. Deinde Kotkello et Grimæ eorumqve filiis ob furta atqve veneficia diem dixit, illis sylvestre exilium minatus. Hanc ob caussam eos ad comitia publica citavit, ad navim deinde rediit. Hallbjörnus atqve Stigandus domum redibant, cum Thordus vela dedisset, haud tamen adhuc multum viæ confecisset. Tum Kotkellus qvid rei illis absentibus accidisset docere, fratres autem ad hœc ira effervescere tamqve aperto odio ullum hominem eos persecutum negare. Deinde Kotkellus amplos cancellos magicos struendos curavit, illos tota familia conscendebat, ibi suas doctrinas canebant, illæ vero veneficæ fuere. Tum multus cum procella imber exortus. Hoc Thordus Ingunnæ filius illiusqve socii sentiebant in se hanc tempestatem concitatam esse. Navis versus occidentem a Skalmarneso depulsa. Thordus multam in nauticis artibus virtutem exhibuit, idqve homines in terra astantes conspexerunt, qvod omnia, qvæ majoris ponderis inessent navi, præter homines, in mare ejiceret. Jamqve illi, qvi in terra aderant, Thordum in terram perventurum expectare coeperant, tum enim ea loca trajecerat, qvæ maxime scopulis erant referta. Jam fluctus haud procul a terra surgens nullique antea cognitus, ita navim percutiebat, ut carina statim sursum vergeret. Ibi Thordus cum omni illius comitatu submersus, navis vero penitus fracta & carina qvidem eo in loco in terram ejecta, cui postea Kjalareya (Insula Carinæ) nomen; in illam autem insulam Thordi scutum ejectum, qvæ postea Skjaldareya (Scuti Insula) vocata est. Thordi qvoqve illiusqve sociorum funera in terram ejecta; corpora omnia tumulo condita in eo loco, qvi postea Haugsnesum (Promontorium tumuli) nuncupatur.

CAP. XXXVI.

Horum eventuum utrum major an pejor rumor incertum, & qvidem capitale habebatur talia exercere veneficia, qvalia tum Kotkelliana gens perpetrarat. Gudruna Thordi interitu admodum contristata, tum vero fuit gravida, mox qvidem partum editura. Gudruna puerum peperit, cui aqva superfusa Thordo inditum nomen. Hac tempestate Snorro ponti-

áttu þau Gudrún þar mikit traust. Þángat fór Snorri godi at heimbodi. Þá tiádi Gudrún þetta vandkvædi fyrir Snorra, en hann kvadst mundu veita þeim at málum, þá er hönum sýndist, en baud Gudrúnu barnfóstr til hugganar vid hana. Þetta þá Gudrún ok kvadst hans forsiá hlíta mundu. Þessi Þórdr var kalladr köttr, fadir Stúfs skálds. Sídan ferr Gestr Oddleyfsson á fund Hallsteins goda, ok gerdi hönum II kosti: at hann skyldi reka í brott þessa fiölkunnigu menn, ella kvadst hann mundu drepa þá, ok er þó ofseinat. Hallsteinn kaus skiótt, ok bad þau heldr í brott fara, ok nema hvergi stadar fyrir vestan Dala-heidi, ok kvad réttara at þau væri drepin. Sídan fóru þau Kotkell í brott ok höfdu ei meira fé enn stód-hross IIII; var hestrinn svartr, hann var bædi mikill ok vænn ok reyndr at vígi. Ecki er getid um ferd þeirra ádr þau koma á Kambsnes til Þorleiks Höskuldssonar; hann falar at þeim hrossin þvíat hann sá, at þat voru afreks-gripir. Kotkell segir: gera skal þér kost á því; tak vid hrossunum, en fá mér bústad nockurn hér í nánd þér. Þorleikr mælti: munu þá ei heldr dýr hrossin; þvíat ek hefi þat spurt at þer munut eiga heldr sökótt hér í héradi? Kotkell segir: þetta muntu mæla til Lauga-manna? Þorleikr kvad þat satt vera. Þat horfir þó nockut annan veg vid um sakir vid Gudrúnu ok brædr hennar enn þér hefir sagt verit, hafa menn ausit hrópi á oss fyrir enga sök, ok þigg stód-hrossin fyrir þessar sakir; gánga ok þær einar sögur frá þér, at vér munum eigi uppi orpin fyrir sveitar-mönnum hér, ef vér höfum þitt traust. Þorleikr slæst nú í málinu ok þóttu hönum fögr hrossin; en Kotkell flutti kænliga málit. Þá tók Þorleikr vid hrossunum; hann féck þeim bústad á Leidólfsstödum í Laxárdal. Hann birgdi þau ok um búfé. Þetta spyria Laugamenn ok vilia synir Osvífurs þegar gera til þeirra Kotkels ok sona hans. Osvífr mælti: höfum vér nú rád Snorra goda ok spörum þetta verk ödrum; þvíat skamt mun lída ádr búar Kotkels munu eiga spá-nýar sakir

fex Helgafelli habitabat, ille Osvivo cognatus atqve amicus. Magna inde Gudrunæ subsidii spes. Snorro Pontifex ad Gudrunam invitatus venit. Tum malam suam fortunam illi conqverebatur; ille autem qvando res ipsi placuerit, illius caussam suscepturum affirmavit, ad consolandam autem Gudrunam puerum ille se educaturum promisit, qvod Gudruna minime spernens, sese illius consilio usuram fore affirmavit. Thordus hic Felis vocatus, pater erat Stufi poetæ. Deinde Gestus Oddleifi filius Hallsteinum Pontificem convenit, illiqve duas obtulit conditiones: aut ut ipse veneficos istos homines abigeret, aut ut se illos occidere pateretur; qvod tamen jam nimis sero fieri conqverebatur. Hallsteinus haud multa consideratione ad eligendum utens eos abire rogabat, nec ullo in loco ab occidentali parte desertorum Dalensium consistere, rectiusqve adfirmavit, ut occiderentur. Deinde Kotkelliana gens abiit, præter eqvos qvatuor nil secum abducens; mas erat eqvus niger, magnus et eximius et in eqvariis pugnis expertus. Nil de eorum itinere memoratum anteqvam Kambsnesum ad Thorleikum Höskuldi filium pervenirent; is, ut eqvos sibi venderent, rogavit, præstans enim hoc esse eqvorum genus comperit. Kotkellus: hujus, inqvit, tibi erit rei conditio: eqvos qvidem accipias, mihi autem tibi vicinum habitaculum præbeas. Thorleikus dixit: nonne tum eqvi nimio pretio constabunt? mihi enim nuntiatum est, vos in hoc pago ob multa causari crimina? Kotkillus dixit: hæc viris Laugensibus denunties? Thorleikus se ita facturum affirmavit. [K o t k i l l i u s r e s p o n d e b a t:] res inter me atqve Gudrunam ejusqve fratres aliter se sane habent atqve tibi nuntiatum est, nam mali de nobis rumores divulgati sine causa; jam vero harum rerum curas omitte atqve eqvos accipe, et talis qvidem tua fama est, ut hujus pagi viros parum nobis damnum illaturos confidamus, si tuo nitamur auxilio. Thorleikus hac re nonnihil commoveri, eqvorumqve admirari pulchritudinem. Kotkellus autem multa cum astutia suam causam agere. Thorleikus itaqve eqvis acceptis Leidolfstadis in Laxardalo illis habitaculum præbuit, simulqve pecora rei domesticæ necessaria. Viri Laugenses, istis compertis, Kotkellum atqve illius filios aggredi statuebant. Osvivus dixit: Snorronis Pontificis consilium seqventes, hanc

vid þá, ok mun sem vert er Þorleiki mest mein at þeim; munu þeir margir hans úvinir af stundu er hann hefir ádr haft stundan af; en ei mun ek letia ydr at gera slíkt mein þeim Kotkeli sem ydr líkar, ef ei verda adrir til at elta þau úr héradi eda taka af lífi med öllu, um þat er III vetr eru lidnir. Gudrún ok brædr hennar sögdu sva vera skyldu. Ecki unnust þau Kotkell miök fyrir, en hvartki þurftu þau um vetrinn at kaupa hey né mat, ok var sú bygd úvinsæl; ei treystust menn at raska kosti þeirra fyrir Þorleiki.

CAP. 37.

Þat var eitt sumar á þíngi, er Þorleikr sat í búd sinni, at madr einn mikill geck í búdina inn, sá kvaddi Þorleik, en hann tók kvediu þessa manns, ok spurdi hverr hann væri? eda hvat hann héti? Hann kvadst Eld-Grímr heita ok búa í Borgar-firdi á þeim bæ, er heita Elldgríms-stadir, en sá bærr er í dal þeim, er skerst vestr í fiöll milli Múla ok Grísar-túngu, sá er nú kalladr Gríms-dalr. Þorleikr segir: heyrt hefi ek þín getid at því, at þú sér ecki lítilmenni. Eld-Grímr mælti: þat er erendi mitt hegat, at ek vil kaupa at þér stód-hrossin þau en dýru, er Kotkell gaf þér í fyrra sumar. Þorleikr segir: ei eru föl hrossin. Eld-Grímr mælti: ek býd þér jafnmörg stód-hross vid ok medal-auka nockurn, ok munu margir mæla at ek biódi vid tvenn verd. Þorleikr mælti: engi em ek mángs-madr; þvíat þessi hross fær þú aldregi, þóttú biódir vid þrenn verd. Eld-Grímr mælti: ei mun þat logit, at þú munt vera stórr ok einrádr, munda ek þat ok vilia, at þú hefdir úrífligra verdit, enn nú hefir ek þér bodit, ok létir þú hrossin ei at sídr. Þorleikr rodnadi miök vid þessi ord ok mælti: þurfa muntu, Eld-Grímr! at gánga nærr, ef þú skalt kúga af mér hrossin. Eld-Grímr mælti: úlíkligt þyki þér þat, at þú munir verda halloki fyrir mér; en þetta

causam aliis relinqvamus, brevi enim Kotkelli accolæ recentes cum illo lites nanciscentur & inde qvidem Thorleikus (haud sane immerito), maximum damnum capiet, multiqve illum cito deserent amici, qvi antea studium illi navarunt. Sed tamen nullo modo vos dehortari conabor, ne tantis Kotkellum ejusqve familiam malis adficiatis, qvantis vobis lubet, si intra tres annos nulli alii eos aut pago expulerint aut omnino interfecerint. Gudruna atqve illius fratres se illi dicto audientes fore promiserunt. Kotkellus domesticis operibus haud multam qvidem curam impendens, per hyemem tamen nec pabulo nec cibariis emendis opus habuit. Invisus qvidem accolis, tamen Thorleiki caussa nemo ausus est ullam ei molestiam inferre.

CAP. XXXVII.

In comitiis publicis, qvadam æstate accidit, cum Thorleikus in suo consideret tabernaculo, ut magnæ staturæ qvidam homo tabernaculum intraret. Is Thorleikum salutabat, ille autem excepit salutationem rogavitqve, qvi homo esset? Qvodqve illi nomen? Ille Eldgrimus sibi nomen profitebatur, habitaculum autem in villa Eldgrimstadi vocata, ea autem villa sita est in valli, qvæ versus occidentem inter Mulum atqve Grisartungam in montes flectitur. Valli jam Grimsdali nomen. Thorleikus dixit: Tantum sane de te audivimus, ut te virum esse haud qvidem pusillanimem compertum habeamus. Eldgrimus dixit: Eam ob causam ad te veni, qvod eximios illos eqvos, qvos tibi Kotkellus proxima ante æstate dedit, a te emere cupio. Thorleikus dixit: Illi eqvi haud venales sunt. Cui Eldgrimus: Tot, inqvit, ego tibi eqvos offero & tamen pecuniæ tantum addam, ut multis videatur me duplex afferre pretium. Thorleikus dixit: Nullus ego sum foenerator, istos enim nunqvam conseqvere eqvos etiam si triplex mihi pretium obtuleris. Eldgrimus dixit: Tu vero vir magni spiritus, nec parum pervicax, & qvidem vellem, ut minus acceperis pretium qvam id qvod ego jam obtuli & tamen eqvos amitteres. Thorleikus ad hæc dicta multum erubuit, tumqve dixit: Longius tibi, Eldgrime! erit progrediendum, si mihi eqvos vi extorqvere in animo est. Eldgrimus dixit: Tibi parum credibile videtur me superiorem fore, verum tamen hac

sumar mun ek fara at siá hrossin, hvarr ockar sem þá hlýtr þau at eiga þadan í frá. Þorleikr segir: ger sem þú heitir ok bióð mér engan lidsmun. Sídan skildu þeir talit. Þat mæltu menn er heyrdu, at hér væri makliga um þeirra skipti. Sídan fóru menn heim af þíngi, ok var alt tídenda-laust. Þat var einn morgin snimma at madr sá út á Hrútstödum at Hrúts bónda Heriólfssonar, en er hann kom inn, spurdi Hrútr tídenda. Sá kvedst engi tídendi kunna at segia önnur, enn hann kvedst siá mann rída handan um Vadla ok þar til er hross Þorleiks voru ok sté madrinn af baki ok höndladi hrossin. Hrútr spurdi, hvar hrossin væri þá? Húskarl mælti: vel höfdu þau enn haldit haganum, þau stódu í eingium þínum fyrir nedan gard. Hrútr segir: þat er satt, Þorleikr frændi er jafnan ómeskinn*) um beitíngar, ok enn þyki mér líkara, at ei sé at hans rádi hrossin rekin á brott. Sídan spratt Hrútr upp í skyrtu ok lín-brókum ok kastadi yfir sik grám feldi ok hafdi í hendi bryntröll gullrekit, er Haraldr konúngr gaf hönum; hann geck út nockut snúdigt, ok sá at madr reid at hrossum fyrir nedan gard. Hrútr geck ímóti hönum ok sá at Eld-Grímr rak hrossin. Hrútr heilsadi hönum. Eld-Grímr tók kvediu hans ok heldr seint. Hrútr spurdi: hvert hann skyldi reka hrossin? Eld-Grímr segir: ecki skal þik því leyna; en veit ek frændsemi med yckr Þorleiki; en sva em ek eptir hrossunum kominn, at ek ætla hönum þau aldri sídan; hefi ek ok þat efnt, sem ek hét hönum á þíngi: at ek hefi ecki med fiölmenni farit eptir hrossunum. Hrútr segir: engi er þat frami þótt þú takir hross í brott, en Þorleikr liggi í reckiu sinni ok sofi; efnir þú þat þá bezt, er þit yrdut ásáttir, ef þú hittir hann ádr þú rídr úr héradi med hrossin. Eld-Grímr mælti: ger þú Þorleik varan vid ef þú vill, þvíat þú mátt siá at ek hefi sva heiman búist, at mér þótti vel at fund ockarn Þorleiks bæri saman, — ok hristi

*) *Alii:* "ómeyskenn; — eigi meskinn; — ómyskunsamr."

æstate profisiscar ad istos eqvos visendos & incertum qvidem est, uter nostrum illos post id tempus possessurus sit. Thorleikus dixit: Fac uti te facturum minare, nec me pluribus aggredere. Talis eorum colloqvio finis. Multi qvi aderant bene convenire rebantur, ut illi inter se litibus contenderent. Tum e comitiis domum discessum, nec præter hæc aliqvid novi accidit. Prima luce alicujus diei, Hrutstadis apud Hrutum colonum Herjolfi filium, qvidam homo domo egrediebatur, qvem intro redeuntem Hrutus rogavit, an qvid comperisset novi? Ille autem se qvid novi dicere posse negavit, præter qvod hominem ab altera parte Vadlorum (Paludum) eqvitantem conspexisset, eundem Thorleiki eqvos adiisse, tumqve ex eqvo descendisse eqvosqve manu tetigisse affirmavit. Hrutus tum rogavit; ubi eqvi fuissent? Famulus respondit: Pascua sibi etiam nunc bona elegerant, nam infra aggerem in pratis tuis pascebant. Hrutus dixit: Thorleikus qvidem cognatus noster, parum curat ubi pecora pabulentur, & ita jam qvidem eqvos abactos reor, præter illius consilium. Tum Hrutus surrexit, indusio atqve feminalibus indutus, canoqve superindutus amiculo, securimqve magnam obauratam, qvam rex Haraldus ei dederat, manu gestavit. Aliqvanto vehementius egressus hominem infra aggerem eqvos agentem conspexit. Hrutus illi ibat obviam et qvidem Eldgrimum eqvos agere vidit. Hrutus illum salutavit & Eldgrimus respondit salutationi tamen aliqvanto frigidius. Hrutus rogavit: Qvo eqvos abigere constituisset? Eldgrimus dixit: Non qvidem hoc te celabo & si tua atqve Thorleiki consangvinitas mihi cognita est, nam ita jam istos eqvos nactus sum, ut illos nunqvam ei reddere certum sit, & qvidem ea, qvæ illi in comitiis promisi, bene servavi, non enim cum magna hominum multitudine adveni ad eqvos abducendos. Hrutus dixit: haud gloriosum sane est eqvos abducere, Thorleiko in lecto decumbente, & eo utiqve pacto promissa servasse censendus es, si illum anteqvam eqvos ex hoc pago abducas convenies. Cui Eldgrimus: Thorleikum, inqvit, si placet, certiorem facias; tibi enim cernere licet me domo abeuntem ita memet comparasse, ut Thorleiko occurrere haud abhorrendum esset; hæc dicens hastam hamatam, qvam manu gestavit, concutiebat. Cæterum, capite galea, ensis

krókaspiótit, er hann hafdi í hendi, hann hafdi ok hiálm á höfdi ok var girdr sverdi, skiöld á hlid, hann var í bryniu. Hrútr mælti: heldr mun ek annars leita enn fara á Kambs-nes, þvíat mer er fótr þúngr; en ei mun ek láta ræna þorleik, ef ek hefi föng á því, þott ei sé mart í frændsemi ockarri. Eld-Grímr mælti: er ei þat at þú ætlir at taka af mér hrossin? Hrútr segir: gefa vil ek þér önnur stód-hross til þess at þú látir þessi laus, þótt þau sé ei jafn-gód sem þessi. Eld-Grímr mælti: bezta talar þú, Hrútr! en med því at ek hefi komit höndum á hrossin þorleiks, þá muntu þau hvartki plocka af mér med mútu-giöfum né heitan. þá segir Hrútr: þat hygg ek at þú kiósir þann hlut til handa bádum ockr er verr muni gegna. Eld-Grímr vill nú skilia ok hröckr hestinn; en er Hrútr sá þat, reiddi hann upp bryntröllit ok setr milli herda Eld-Grími sva at þegar slitnadi brynian fyrir, en bryntröllit hlióp út um bringuna; féll Eld-Grímr daudr af hestinum, sem van var. Sídan huldi Hrútr hræ hans; þar heitir Eld-Grims-holt sudr frá Kambsnesi. Eptir þetta rídr Hrútr ofan á Kambsnes ok segir þorleiki þessi tídendi. Hann brást reidr vid, ok þóttist vera miök svívirdr í þessu tilbragdi; en Hrútr þóttist hafa sýnt vid hann mikinn vinskap. þorleikr kvad þat bædi vera at hönum hafdi ílt til-gengit, enda mundi ei gott í móti koma. Hrútr kvad hann mundu því ráda; skiliast þeir med engri blídu. Hrútr var þá áttrædr, er hann drap Eld-Grími, ok þótti han mikit hafa vaxit af þessu verki. Ecki þótti þorleiki Hrútr því betra af-verdr, at hann væri mikladr af þessu verki; þóttist hann glöggt skilia at hann mundi hafa borit af Eld-Grími, ef þeir hefdi reynt med sér, sva lítid sem fyrir hann lagdist. Fór þorleikr nú á fund landseta sinna Kotkels ok Grímu ok bad þau gera nockurn hlut þann, er Hrúti væri svívirdíng at. þau tóku undir þetta léttliga ok kvádust þess vera albúin. Sídan ferr þorleikr heim; en litlu sídarr gera þau heimanferd sína Kotkell ok Gríma ok

in balteo, scutum ad latus, corpus lorica circumdatum. Hrutus dixit: Aliud mihi sane potius agendum existimo, qvam Kambsnesum proficisci, pedes enim jam mihi fiunt graviores, verum tamen haud patiar, ut bona Thorleiki rapiantur, si ad illud avertendum virium satis sit, etsi consangvinitatis amor me inter atqve Thorleikum haud multum qvidem valet. Eldgrimus dixit: Numqvid mihi eqvos adimere in animo est? Hrutus respondit: Alios tibi eqvos etsi haud qvidem adeo præstantes uti isti sunt tibi donabo, ut istos eqvos remittas. Eldgrimus dixit: Bene qvidem loqvere, Hrute! verum tamen cum jam Thorleiki eqvos adeptus sim, illos mihi nec corrumpendo nec minitando extorqvebis. Tunc dixit Hrutus: Jam qvidem te reor illam conditionem eligere, qvæ utriqve nostrum minus conveniet. Tum Eldgrimus discedere velle eqvumqve citare. Qvo conspecto, Hrutus sublata securi adeo Eldgrimum inter scapulas feriit ut ruptâ qvidem loricâ securis per pectus hominis exiret. Tum Eldgrimus ab eqvo mortuus cecidit, nec illud mirum qvidem. Deinde Hrutus corpus hominis obtegit; postea loco Eldgrimsholt (Eldgrimi colliculus) nomen, a meridionali Kambsnesi parte. Mox Hrutus Kambsnesum eqvo vectus, illi qvæ facta essent memoravit. Thorleikus autem ira effervescebat, magnaqve hac re se ignominia affectum rebatur. Hrutus se magnum illi exhibuisse amicitiæ documentum credidit. Thorleikus utrumqve certum esse contendit, & qvod ille mala fuerit meditatus & qvod illi haud bona futura esset remuneratio. Hrutus illam in ejus potestate futuram confirmavit, nulla cum amicitia itaqve discedebant. Hrutus erat octoginta annos natus, cum Eldgrimum occidisset; multumqve hac re gesta illius adaucta gloria. Thorleiko haud visum tanto melius Hruti meritum, qvanto illi ob hanc rem gestam major attributa fuit laus; id sibi satis compertum autumavit, qvod Eldgrimum ipse superasset, cum tam exigua vi esset stratus, si cum illo virium fecisset periculum. Deinde Thorleikus clientes suos Kotkellum atqve Grimam convenit, eosqve rogavit, ut aliqvam rem perpetrarent, qvæ Hruto ignominiæ foret. Læti illi se ita facere paratos profitebantur. Thorleikus jam domum rediit. Sed paullo post Kotkellus & Grima cum filiis domo profecti, noctu ad Hruti villam pervenere; ibi multa veneficia

synir þeirra; þat var um nótt; þau fóru á bæ Hrúts ok gerdu þar seid mikinn; en er seidlætin komu upp, þá þóttust þeir ei skilia er inni voru, hveriu gegna mundi; en fögr var sú kvedandi*) at heyra. Hrútr einn kendi þessi læti ok bad engann mann út siá á þeirri nótt, ok haldi hverr vöku sinni er má, ok mun oss þá ecki til saka, ef sva er med farit; en þó sofnudu allir menn. Hrútr vakti leingst ok sofnadi þó. Kári hét son Hrúts, er þá var XII vetra gamall, ok var efniligastr sona Hrúts; hann unni hönum mikit. Kári sofnadi nærr ecki, þvíat til hans var leikr görr, hönum gördist ecki miök vært. Kári spratt upp ok sá út, hann geck á seidinn ok féll þegar daudr nidr. Hrútr vaknadi um morgininn ok hans heima-menn ok saknadi sonar síns; fanst hann örendr skamt frá dyrum; þetta þótti Hrúti enn mesti skadi ok lét verpa haug eptir Kára. Sídan rídr hann á fund Olafs Höskuldssonar, ok segir hönum þau tídendi, er þar höfdu görst. Olafr vard ódr vid þessi tídendi ok sagdi verit hafa mikla vanhyggiu, er þeir höfdu látid sitia slík íllmenni et næsta sér sem þau Kotkell voru; sagdi ok Þorleik hafa sér íllan hlut af deilt af málum vid Hrút; en kvad þó meira at ordit enn hann mundi vilia. Olafr kvad þá þegar skyldu drepa þau Kotkel ok konu hans ok sonu; er þó of seinat nú. Þeir Olafr ok Hrútr fara med XV menn; en er þau Kotkell siá manna-reid at bæ sínum þá taka þau undan i fiall upp; þar vard Hallbiörn slikisteins-auga tekinn ok dreginn belgr á höfut hönum; þegar voru þá fengnir menn til gætslu vid hann, en sumir sóttu eptir þeim Kotkeli ok Grímu ok upp á fiallit. Þau Kotkell ok Gríma urdu áhend**) á hálsinum milli Haukadals ok Laxárdals, voru þau þar barin grióti í hel, ok var þar ger at þeim dys úr grióti ok sér þess merki ok heitir þat Skratta-vardi. Stígandi tók undan sudr af hálsinum til Haukadals ok þar hvarf hann þeim. Hrútr ok synir hans fóru þá til siáfar med

*) *Nonnulli*: "kvikindis-rödd." **) *Alii*: "handtekin; — nád."

institiuebant. Exorto autem cantu magico, illi, qvi intus erant, haud sane intelligebant, qvid hoc rei esset, pulchra autem canentis visa vox. Solus Hrutus hunc sonum cognovit, rogavitqve ne qvis ea nocte e foribus prospiceret, utqve qvilibet, qvantum potis esset, se a somno abstineret, tumqve, si ita facere instituerent, nil mali illis illatum fore confirmavit. Omnes tamen somno oppressi. Hrutus diutissime somnum evitavit, tamen & ille deniqve somno victus. Filius erat Hruto Karus nomine XII tum annos natus, Hruti filiorum optimæ spei adolescens, patri valde dilectus; vix ille unqvam obdormiscebat, illi enim veneficia plurimum intendebantur; illi vix ulla concessa qvies. Karus surgens e foribus prospexit, & locum veneficiis infectum ingressus, mortuus humi procubuit. Hrutus cum familia prima luce e somno excitatus, filium abesse comperit, tum ille haud procul a foribus mortuus repertus. Gravissimo inde Hrutus affectus dolore, Karum tumulo condidit. Deinde ad Olavum Höskuldi filium eqvo vectus, illiqve, qvæ facta essent, memoravit. Ad hæc Olavus ira effervescere, valdeqve stultum judicare, qvod tam improbos homines uti esset Kotkelliana gens sibi tam propinqvos perpessi sint, Thorleikum in negotiis cum Hruto malam sibi portionem vindicasse, majus tamen qvam ille intendisset damnum illatum, arbitrari. Olavus Kotkellum ejusqve uxorem atqve filios statim trucidandos judicavit, tamen id jam tum nimis sero fieri conqverebatur. Olavus & Hrutus cum XV hominibus profecti. Kotkelliana gens autem cum homines ad suam villam eqvitare conspicerent, in montem aufugerunt. Ibi Hallbjörnus Slíkisteinsauga captus, caput culeo illatum, statimqve homines ad custodiendum electi, alii autem Kotkellum atqve Grimam in superiora montium persecuti. Kotkellus atqve Grima in colli, qvi Haukadalum ac Laxardalum interjacet, capti, ibiqve lapidibus obruti usqve dum morerentur, etiam superingestus lapidum cumulus, cujus adhuc vestigia remanent; nam Skrattavarda (Meta dæmonis) loco nomen. Stigandus versus meridiem in Haukadalum aufugit ibiqve e conspectu sublatus est. Deinde Hrutus cum filiis Hallbjörnum ad mare perduxere, deductaqve navi e terra remigabant; culeum deinde a capite

Hallbiörn; þeir settu framm skip ok reru frá landi med hann, sídan tóku þeir belg af höfdi hönum, en bundu stein vid hálsin. Hallbiörn rak þá skygnur á landit ok var augnalag hans ecki gott. Þá mælti Hallbiörn: ekki var ok þat tíma-dagr, er vér frændr komum á Kambs-nes þetta til móts vid Þorleik; þat mæli ek um sagdi hann, at Þorleikr eigi þar fá skemtanar-daga hédan í frá ok öllum verdi þúngbýlt þeim sem í hans rúm setiast. Miök þykir þetta ákvædi á hafa hrinit. Sídan drecktu þeir hönum ok reru til lands. Litlu sídarr ferr Hrútr á fund Olafs frænda síns, ok segir hönum at hann vill ei hafa sva búit vid Þorleik, ok bad hann fá sér menn til at sækia heim Þorleik. Olafr segir: þetta samir ei at þér frændr leggist hendr á, hefir þetta tekist úgiptusamliga Þorleiki til handar; vilium vér heldr leita um sættir med yckr; hefir þú opt þíns hluta bedit vel ok leingi. Hrútr segir: ecki er slíks at leita, alldri mun um heilt med ockr gróa, ok þat munda ek vilia, at ei byggium vid bádir lengi í Laxárdal hédan í frá. Olafr segir: ei mun þér þat verda hlýdisamt, at gánga framarr á hendr Þorleiki, enn mitt leyfi er til; en ef þú gerir þat, þá er ei úlíkligt, at mæti dalr holi. Hrútr þykist nú skilia, at fast mun fyrir vera, ferr heim ok líkar stór-ílla, ok er kyrt at kalla, ok sitia menn um kyrt þau missari.

CAP. 38.

Nú er at segia frá Stíganda: hann gerdist útilegu-madr ok íllr vidr-eignar. Þórdr hét madr, hann bió í Hunda-dal, hann var audigr madr ok ecki mikilmenni. Þat vard til nýlundu um sumarit í Hunda-dal, at fé nytiadist ílla, en kona gætti fiár þar. Þat fundu menn, at hún vard gripa-audig ok hún var laungum horfin, sva at menn vissu ei hvar hún var. Þórdr bóndi lætr hana naudga til sagna, ok er hún verdr hrædd, þá segir hún: at madr kemr til fundar vid hana, sá er mikill, segir hún,

sustulere, collo autem lapidem alligabant. Tum Hallbjörnus versus continentem glaucos flexit oculos, eqvidem tum valde torvus aspectu. Dein Hallbjörnus ita locutus: Infausta qvidem illa dies, cum nostra gens Kambsnesum ad Thorleikum perveniret; hoc ideoqve, inqvit, mihi erit votum ratum: ut Thorleikus post hæc paucos lætos dies degat ibidem, utqve omnes, qvi in illius locum succedant, infelici ibi habitaculo utantur; nec illud votum effectu caruisse visum est. Illo deinde submerso ad terram rediêre. Paulo post Hrutus Olavum cognatum suum convenit, dixitqve: Thorleikum haud sufficientem dedisse poenam, illumqve rogavit, ut homines sibi compararet, qvibuscum Thorleikum aggrederetur. Olavus respondit: haud sane, inqvit, convenit, vos cognatos litibus contendere, et hæc qvidem res a Thorleiki parte infelici fato gesta est; vos potius reconciliare studebimus. Tu qvidem sæpe tuum jus diu et multa cum magnanimitate exspestasti. Hrutus dixit: hoc qvidem tentandum non est, nunqvam enim inter nos integra erit amicitia & sane qvidem vellem ne uterqve nostrum posthæc diu in Laxardalo habitet. Olavus respondit: haud tibi bene cedet Thorleiko plus facessere negotii, qvam ego concedam; qvodsi feceris, verisimile qvidem est vallim colli occursuram. Hrutus jam intellexit illum esse obstinatum, domum tamen rediit æger animo; omnia tamen fere qvieta et proximis qvidem annis nil gestum memoria dignum.

CAP. XXXVIII.

Jam de Stigando memorandum, qvod ille factus est latro pervicacissimus. Thordus erat nomen viro, qvi Hundadali (in valle canum) habebat; dives ille vir nec magni animi. Ea æstate id novi Hundadali accidit, ut pecora solito minus lac præberent. Mulier ibi pecora custodiebat. Hoc compertum est, qvod illa multa cimelia adipiscebatur, et sæpius evanescebat, nec ulli fuit notum, ubi moraretur. Thordus colonus illam ad hoc confitendum cogebat. Exterrita autem mulier professa virum illam convenire solere; magnæ, inqvit, staturæ vir mihiqve venustus videtur.

ok sýnist mér vænligr. Þá spyrr Þórdr: hversu brátt sá madr mundi koma til fundar vid hana? Hún kvadst vænta, at þat mundi brátt vera. Eptir þetta ferr Þórdr á fund Olafs ok segir hönum, at Stígandi mun ei lángt þadan í brott, bidr hann til sín fara med sína menn ok ná hönum. Olafr bregdr vid skiótt ok ferr í Hunda-dal; er þá ambáttin heimt til tals vid hann. Spyrr þá Olafr hvar bæli Stíganda væri? Hún kvadst þat ei vita. Olafr baud at kaupa at henni, ef hún kæmi Stíganda í færi vid þá; þessu kaupa þau saman. Um daginn ferr hún at fé sínu; kemr þá Stígandi til móts vid hana; hún fagnar hönum vel ok býdr at skoda í höfdi hönum. Hann leggr höfudit í kné henni ok sofnar skiótliga. Þá skreidist hún undan höfdi hönum ok ferr til móts vid þá Olaf ok segir þeim hvar þá var komit. Fara þeir til Stíganda ok ræda um med sér, at hann skal ei fara sem bródir hans, at hann skyldi þat mart siá, er þeim yrdi mein at; taka nú belg ok draga á höfut hönum. Stígandi vaknadi vid þetta ok bregdr nú engum vid-brögdum; þvíat margir menn voru nú um einn; rauf var á belgnum ok getr Stígandi sét ödru-megin í hlídina; þar var fagurt landsleg ok gras-lodit; en því var líkast, sem hvirfil-vindr komi, at sneri um jördunni, sva at alldregi sídan kom þar gras app; þar heitir nú á Brennu. Sídan beria þeir Stíganda grióti í hel, ok þar var hann dysiadr. Olafr efnir vel vid ambáttina ok gaf henni frelsi ok fór hún heim í Hiardar-holt. Hallbiörn slikisteins-auga rak upp úr brimi litlu sídarr, enn hönum var drekt; þar heitir Knarrarnes sem hann var kasadr, ok geck hann aptr miök. Sá madr er nefndr er Þorkell skalli hét, hann bió í Þykkvaskógi á födurleifd sinni; hann var fullhugi mikill ok rammr at afli. Eitt kveld var vant kýr í Þyckvaskógi, fór Þorkell at leita ok húskarl hans med hönum; þat var eptir dagsetr, en túnglskin var á. Þorkell var einn saman staddr; þá þóttist hann siá á holtinu fýrir sér kú, ok er han kemr at, þá var þat Slikisteins-auga, en

Thordus tum interrogavit, qvando ille vir illam tum esset primum conventurus? Illa hoc brevi futurum se opinari affirmavit. Deinde Thordus Olavum convenit illiqve dixit Stigandum haud procul abesse rogavitqve, ut cum suis ad se perveniret ad illum capiendum. Olavus itineri se cito accingit et Hundadalum pervenit. Ancillam ad se statim vocatam rogavit Olavus, qvo in loco Stigandi spelunca esset? illa se hoc scire negavit. Olavus illi pecuniam obtulit, si Stigandum sibi duceret obvium. Hoc inter eos pactum. Et hac qvidem die illa pecora secuta. Stigandus illam convenit. Mulier illum læta excepit, seqve promtam dixit ad crines ei comendos. Ille capite in mulieris gremium demisso somno brevi oppressus est. Tum illa ejus capiti se subduxit, Olavumqve convenit docuitqve, qvi tum esset rerum status. Ille cum sociis Stigandum adiit. Tumqve de eo consultavere, cavendum esse ne Stigando idem qvod fratri contingeret, ut multa conspiceret, qvibus visis, iis aliqvam noxam afferre posset. Tumqve bulgam capiti indidere. Stigandus ad hæc e somno excitatus, nihil ad sese defendendum molitus est, cum solus a multis premeretur. In bulga erat fissura, per qvam Stigando in alterum montis latus prospiciendi dabatur occasio. Ibi amoena regio atqve multum graminis. Motus autem turbini simillimus fundum ita convertebat, ut nunqvam postea ibi gramen cresceret. Locus jam Brenna (combustum) vocatur. Deinde Stigandum obrutis lapidibus necavere, ibidemqve corpus sepelivere. Olavus promissa ancillæ bene servabat, eamqve in libertatem vindicavit, deinde illa Hjardarholtum commigravit. Hallsteinus Slikisteinsauga paullo post qvam submersus esset fluctibus in terram ejectus. Locus ubi corpus sepultum Knarrarnesum vocatus; illius sæpe manes conspecti. Thorkellus Skallus erat nomen viro, ille in patrimonio suo Thykkvaskogi habitabat animo fortis atqve corpore. Aliqvo vespere vacca Thykkvaskogi desiderata. Thorkellus cum famulo ad illam qværendam profectus. Tum qvidem multa nox, sed luna fulgebat. Thorkellus tum solus constitit; in colle ante se vaccam conspicere ratus, cum autem propius venisset, hæc nulla qvidem erat vacca sed Slikisteinsauga; illi multa cum vi se invicem

investigationem, qvantum possumus occultissime instituemus & ego sane exploratores cum qvalibet abeuntium cohorte dimittam; qvod qvidem ille fecit. Anus albus cum Osvivi comitatu dimissus datumqve negotium, ut secessus ac moras hominum animadverteret. Versus interiora ante Liárskogos eqvis vecti ad villas, qvæ, Skogi vocantur; ibi ab eqvis descenderunt. Thorolfus Osvivi filius cum paucis a villa progressus & dum cœteri Skogis morarentur, in fruticetum qvoddam paludosum ingressus est. Anus ad flumen Laxá, qvod e Sœlingsdalo procurrit, eos comitatus, ibi se reversurum affirmavit. Nec Thorolfus qvidem ægre tulit, etsi Anus eos omnino non fuerit secutus. Ea nocte aliqvantum ninxerat, adeo ut hominum vestigia in nive cernere liceret. Anus ad silvam eqvo revectus, Thorolfi vestigia ad paludem qvandam aut lamam secutus, eum locum manu explorans, manubrium ensis attigit. Anus hujus rei testes adducere voluit atqve ad Thorarinum in Sœlingsdalstungam vehitur; ille Anum secutus ad ensem tollendum. Tunc Anus Kjartano ensem reddidit. Kjartanus circumvolutum linteo ensem in arca condidit. Locus, ubi ensis repertus, postea Sverdskelda (palus gladii) nuncupatus. Ibi enim Thorolfus regale hoc demiserat munus. Hœc qvidem qviete transacta, vagina autem ensis nunqvam postea reperta est; Major Kjartano ensis jam cura, qvam antea fuerat. Hæc jam Kjartanus indigne ferre, nolleqve sine piaculo pati. Olavus dixit: hæc sane haud ægre feras; illi qvidem in te fraudis crimen commiserunt, tamen absqve ullo tuo damno; haud sinemus aliis fore risui, qvod propter talia rixam suscitemus contra amicos & propinqvos. Propter hæc Olavi monita qvietum se continuit. Post hæc Olavus convivium Laugis ad initium hyemis celebrandum adire paravit, rogavitqve Kjartanum, uti se seqveretur. Kjartanus multum detrectavit, tamen propter patris preces eum seqvi promisit. Hrefna qvoqve seqvi rogata peplum domi relinqvere statuerat. Olavi uxor Thorgerda rogavit: qvando tolles hoc pretiosum gestamen, si in arca conditum jacet, qvando convivia adis? Hrefna respondit: multi sane ita existimant, ut qvædam loca adire possim, ubi pauciores sunt, qvi mihi invideant, qvam Laugis sunt.

hafdi Hrefna motrinn, en Kiartan mælti þá eigi ímót, er hann sá hversu módir hans vildi. Eptir þetta rádast þau til ferdar, ok koma þau til Lauga um kveldit ok var þeim þar vel fagnat. Þorgerdr ok Hrefna selia klædi sín til vardveizlu, en um morgininn, er konur skyldu taka búnat sinn, þá leitar Hrefna at motrinum, ok var þá í brottu þadan, sem hún hafdi vardveitt, ok var þá vída leitad ok fannst ei. Gudrún kvad þat líkast, at heima mundi eptir hafa ordit motrinn, edr hún mundi hafa búit um úvarliga ok felt nidr. Hrefna segir nú Kiartani at motrinn vár horfinn. Hann svarar ok kvad ei hægt lut í at eiga, at gæta til med þeim ok bad hana nú láta vera kyrt; segir sídan födur sínum um hvat at leika var. Olafr segir: enn vilda ek sem fyrr, at þú létir vera ok hiá þér lída þetta vandrædi; mun ek leita eptir þessu í hliódi; því at þar til vilda ek alt vinna, at yckr Bolla skildi ei á; er um heilt bezt at binda, frændi! segir hann. Kiartan segir: audvitad er þat, fadir! at þú mundir unna öllum héraf góds hlutar; en þó veit ek eigi, hvart ek nenni at áka sva höllu fyrir Lauga-mönnum. Þann dag er menn skyldu á brott rída frá bodinu tekr Kiartan til máls ok segir sva: þik kved ek at þessu, Bolli frændi! þú munt vilia gera til var drengiligarr hédan í frá enn híngat til; mun ek þetta ecki í hliódmæli færa, því at þat er nú at margra manna viti um hvarf þau, er hér hafa ordit, er vér hyggium at í ydvarn gard hafi runnit. Á hausti er vér veittum veizlu í Hiardarholti, var tekit sverd mitt, nú kom þat aptr, en ei umgiördin; nú hefir hér enn horfit sá gripr, er fémætr mun þykia; þó vil ek nú hafa hvarn-tveggia. Þá segir Bolli: ei erum vér þessa valdir, Kiartan! er þú ber á oss; mundi oss alls annars af þér vara, enn þat at þú mundir oss stuld kénna. Kiartan segir: þá menn hyggium vér hér í rádum hafa verit um þetta, at þú mátt bætr á ráda ef þú vill; gángi þér þörfum meirr á fáng vid oss; höfum vér leingi undan eirt fiandskap ydrum; skal nú því lýsa at ei muni sva búit

Thorgerda dixit: illis, qvi tales inter villas spargunt sermones, haud multam habemus fidem. Thorgerdâ autem vehementius exhortante nec Kjartano matris voluntati volente tergiversari, Hrefna peplum abstulit secum. Postea iter ingressi, vespere Laugas pervenere, comiter ibidem excepti. Thorgerda ac Hrefna mundum omnem conservandum domesticis tradidere. Seqvente autem die, qvando matronæ mundum suum induere vellent, Hrefna peplum qvæsivit, tumqve ex illo loco ablatum erat, ubi illud condiderat. Jam in multis qvœsitum locis nec usqvam inventum. Gudruna verisimillimum esse contendit peplum esse domi relictum, aut, minore cum cura conditum, perditum esse. Jam Hrefna Kjartano retulit ablatum esse peplum. Ille respondit dicens, difficile illis esse sua conservare; tamen eam plura hac de re loqvi vetuit; deinde dixit patri, qvid jam rei accidisset. Olavus dixit: adhuc mihi idem qvod antea placitum est maxime, etiam nunc placeret, uti hœc qviete transire patiaris ad molestias antevertendas. Hanc ego rem secreto inqviram, nam omni pacto avertere vellem tuam ac Bollii inimicitiam: integra enim facillime sanantur, mi fili! Kjartanus dixit: manifestum qvidem est, pater! te maxime cupere, uti hæc sine ullius incommodo transigantur, verum tamen nescio, utrum ego e virorum Laugensium via tantum semper possim deflectere. Die, qva e convivio fuit abeundum, Kjartanus sermonem ingressus, ita orsus est: hujus rei causa te ego, Bolli sobrine! compello: opto, ut honestius te post hæc erga nos geras qvam hucusqve gessisti. Non ego illud dissimulabo, qvod permultis jam hominibus notum est, nos pretiosa amisisse, qvæ in vestram potestatem pervenisse credamus. Hoc autumno, nobis Hjardarholti convivium celebrantibus, ensis mihi ablatus, recuperatus tamen, verum sine vagina. Jam iterum ablatum peplum, qvod haud vilis pretii existimari censeo. Hæc jam utraqve reposco. Tunc dixit Bollius: horum criminum, Kjartane! qvorum tu nos insimulas, insontes sumus, & qvidem alia potius omnia a te exspectaverimus, qvam ut nos furti insimulares. Kjartanus dixit: illorum hoc hominum consilio factum esse arbitramur, qvorum tu delicta, si velles, posses expiare. Vos qvidem

hlýda. Þá svarar Gudrún máli hans ok mælti: þann seydi*) raufar þú þar, Kiartan! at betr væri at ei ryki; nú þó at sva sé, sem þú segir, at þeir menn sé hér nockurir, er rád hafi til þess sett, at motrinn skyldi hverfa, þá virdi ek sva, at þeir hafi at sínu gengit; hafi þér nú þat fyrir satt þar um sem ydr líkar, hvat af motrinum er ordit; en ei þyki mér ílla, þó at sva sé fyrir hönum hagat, at Hrefna hafi litla búníngsbót af motrinum hédan í frá. Eptir þetta skilia þau heldr þúngliga; rída þeir heim Hiardhyltíngar. Takast nú af heimbodin, var þó kyrt at kalla. Ecki spurdist sídan til motursins. Þat höfdu margir menn fyrir satt, at Þórólfr hefdi brendan motrinn í eldi at rádi Gúdrúnar systur sinnar. Þann vetr öndverdan andadist Ásgeirr ædikollr; tóku synir hans þar vid búi ok fé.

CAP. 47.

Eptir jól um vetrinn safnar Kiartan at sér mönnum, urdu þeir saman LX manna; ecki sagdi Kiartan födur sínum hversu af-stódst um ferd þessa; spurdi Olafr ok lítt at. Kiartan hafdi med sér tiöld ok vistir; rídr Kiartan nú leid sína þar til er hann kemr til Lauga. Hann bidr menn stíga af baki ok mælti, at sumir skyldu geyma hesta þeirra, en suma bidr hann reisa tiöld. I þann tíma var þat mikil tízka, at úti var salerni ok ei allskamt frá bænum, ok sva var at Laugum. Kiartan lét þar taka dyrr allar á húsum ok bannadi öllum mönnum útgöngu, ok dreitti**) þau inni III nætr. Eptir þat rídr Kiartan heim í Hiardarholt ok hverr hans förunauta til síns heimilis. Olafr lætr ílla yfir þessari ferd. Þorgerdr kvad ei lasta þurfa, ok sagdi Lauga-menn til slíks gert hafa edr meiri svívirdíngar. Þá mælti Hrefna: áttir þú, Kiartan! vid nockura menn tal at Laugum? Lítid var bragd at því, segir hann, at þeir Bolli skiptust vid nockurum ordum. Þá mælti Hrefna ok brosti vid: þat er mér sannliga sagt, at þid Gudrún munit hafa vid-talast, ok

*) *Alii:* "seyd." **) *Nonnulli:* "drýttu."

multum, præter necessitatem infesti nobis itis obviam, & nos sane diu inimicitias vestras perpessi sumus. Jam hoc manifestum omnibus sit talia in futurum haud tolerata fore. Gudruna tum ita illius sermoni respondit: illum jam perforas ignem, qvi, ut nullum fumum emitteret, melius foret; jam vero, etsi hoc, qvod tu contendis, verum est, qvosdam hic esse homines, qvorum consilio peplum ablatum sit, ego illam rem sic existimo, eos sua abstulisse. Jam id, qvod vobis placitum foret, de peplo ablato, verum esse credatis; mihi autem non displicet, si illud ita conditum est, ut post hanc diem ad Hrefnam ornandam parum conferat. Postea haud sine indignatione discedebant. Viri Hjardholtenses domum rediere. Jam finis conviviorum; tamen omnia fere qvieta. De peplo nil postea cognitum. Tamen pro vero habitum, Thorolfum, Gudrunæ sororis monitu, peplum igne combussisse. Hujus hyemis principio Asgeirus Ædicollus diem obiit; filii opes ac familiarem rem amplexi.

CAP. XLVII.

Ea hyeme post festum jolense Kjartanus viros ad se evocavit, tumqve LX convenerunt. Nullam Kjartanus patri dixit itineris rationem, nec Olavus multum de ea re rogavit. Kjartanus papiliones ac alimenta secum abstulit; deinde profectus usqve dum Laugas perveniret. Tum suos ab eqvis descendere jubebat, qvosdam eqvos custodire, qvosdam vero tentoria ponere. Eo tempore multum fuit usitatum, ut latrinæ foris essent et qvidem a villis aliqvantum remotæ. Et ita qvidem Laugis erat institutum. Kjartanus domuum omnes fores obsedit, ac omnes mortales exire prohibuit & per tres qvidem noctes intus illos alvum exonerare coëgit. Posthæc Kjartanus domum rediit Hjardarholtum omnesqve illius comites suas repetiere domus. Hoc iter Olavo displicuit. Thorgerda hoc vituperandum esse negavit, virosqve Laugenses talem sane aut majorem aliqvam ignominiam commeritos contendit. Tunc dixit Hrefna: Num tibi, Kjartane! cum ullo homine Laugis colloqvium fuit? Ille multum illic sibi fuisse colloqvium negavit; se modo ac Bollium aliqvot invicem dicta protulisse. Tum Hrefna dixit subridens: hoc mihi cer-

sva hefir ek spurt, hversu hún var búin, at hún hefdi nú faldat sik vid motrinum ok sæmdi einkar vel. Kiartan svarar ok rodnadi miök vid, var mönnum audsynt at hann reiddist vid, er hún hafdi þetta í fleymíngi: ecki bar mér þat fyrir augu, er þú segir frá, Hrefna, segir Kiartan, mundi Gudrún ecki þurfa at falda sik motri til þess at sama betr enn allar konur adrar. Þá hætti Hrefna þessu tali. Þeim Lauga-mönnum líkar ílla ok þótti þetta miklu meiri svívirdíng ok verri, enn þótt Kiartan hefdi drepit mann eda II fyrir þeim; voru þeir synir Osvífurs ódaztír á þetta mál; en Bolli svafdi heldr. Gudrún taladi hér færst um; en þó fundu menn þat á ordum hennar, at ei væri víst hvart ödrum lægi í meira rúmi enn henni. Gerist nú fullkominn fiandskapr milli Lauga-manna ok Hiardhyltínga. Ok er á-leid vetrinn, fæddi Hrefna barn, þat var sveinn ok var nefndr Ásgeirr. Þórarinn búandi í Túngu lýsir því, at hann vildi selia Túngu-land; var þat bædi, at hönum þurru lausa-fé, enda þótti hönum miök vaxa þustr milli manna í héradinu, en hönum var kiært vid hvaratveggiu. Bolli þóttist þurfa at kaupa sér stadfestu, þvíat Lauga-menn höfdu fá lönd en fiölda fiár. Þau Bolli ok Gudrún ridu í Túngu at rádi Osvífurs; þótti þeim í hönd falla, at taka upp land þetta hiá sér siálfum, ok bad þau ei láta smátt slíta. Sídan rédu þau Þórarinn um kaup þetta ok urdu ásátt hversu dýrt vera skyldi, ok sva þat er ímóti skyldi vera, ok var mælt til kaups med þeim Bolla; en því var kaupit ei vattum bundit, at ei voru menn sva margir hiá, at þat þætti vera lögfult. Rída þau Bolli ok Gudrún heim eptir þetta. En er Kiartan Olafsson spyrr þessi tídendi, rídr hann þegar vid XIIta mann ok kom í Túngu snemma dags; fagnar Þórarinn hönum vel ok baud hönum þar at vera. Kiartan kvadst heim mundu rída um kveldit; en eiga þar dvöl nockura. Þórarinn frétti at um erendi? Kiartan segir: þat er erendi mitt híngat, at ræda um land-kaup þat nockut, er þér Bolli

tum relatum est, te cum Gudruna esse locutum, simulqve ut fuerit ornata, caput enim peplo obtegisse idqve perbene convenisse. Kjartanus respondit multum erubescens, tumqve fuit manifestum eum propter id esse indignatum, qvod in hæc jocata esset. Haud, inqvit, ego ea conspexi, Hrefna! qvæ tu memoras, nec Gudrunæ opus foret peplo caput ornare, ut omnes alias mulieres antecelleret pulchritudine. Tunc de his Hrefna haud amplius locuta. Jam viri Laugenses hæc, qvæ gesta erant, ægre ferre, eaqve multo majoris ac turpioris ignominiæ ducere qvam si Kjartanus unum illis aut duo viros occidisset. Osvivi filii hac in re maxime erant feroces, Bollius vero eos refrenare studuit. Gudruna de his paucissima locuta, tamen e dictis tantum manifestum: an ulli hoc qvam ei gravius videretur, incertum esse. Jam viri Laugenses ac Hjardholtenses haud dubii hostes. Versus finem hyemis Hrefna peperit puerum, cui Asgeiri indidere nomen. Thorarinus colonus Tungensis, palam fecit se Tungensem agrum vendere velle; hoc partim eo factum, qvod res mobiles illi sunt imminutæ, partim qvod in eo pago inimicitiæ crescere visæ, sed utriqve litigantium erat amicus. Bollius sibi emere habitaculum constituerat, viris enim Laugensibus agri deerant sed pecudes supererant. Bollius ac Gudruna Tungam eqvis vehebantur, Osvifo autore; bene enim convenire visum agrum hunc sibi tam propinqvum occupare; rogavitqve Osvifus, ne vel majore pretio ab agro emendo absterrerentur. Deinde cum Thorarino de agro emendo deliberavere, pactumqve cum eo est & pretium agri atqve eorum bonorum, qvæ pro agro solvenda essent constitutum, verum eam ob causam haud interfuerunt testes pactioni, qvod haud tot homines præsto erant, qvot ex legum præscriptione reqvirebantur. Bollius ac Gudruna post hæc rediere domum. Kjartanus autem Olavi filius, his compertis novis, statim cum XI viris Tungam eqvo vehitur. Thorarinus illum lætus excepit ibiqve rogavit hospitari. Kjartanus vespere domum sibi redeundum affirmavit; ibi autem sibi aliqvantum sane morandum. Thorarinus rogavit, qvid illi esset negotii. Kjartanus dixit: hoc mihi jam solum negotii est, ut de agri emtione, qvam tu cum Bollio

hafit stofnat; þvíat mér er þat ímóti skapi, ef þú selr land þetta þeim Bolla ok Gudrúnu. Þórarinn kvad sér vanhenta annat, þvíat verdit skal bædi rífligt þat, er Bolli hefir mér fyrir-heitid landit ok gialdast skiótt. Kiartan mælti: ecki skal þik í-skada, þó at Bolli kaupi ei landit þvíat ek mun kaupa þvílíku verdi, ok ecki mun þér duga miök ímóti at mæla því sem ek vil vera láta; því þat mun á-finnast, at ek vil hér mestu ráda í héradi, ok gera þó meirr eptir annarra manna skaplyndi enn Laugamanna. Þórarinn segir: dýrt mun mér verda drottins ord um þetta mál; en þat væri næst mínu skaplyndi, at kaup þetta væri kyrt, sem vid Bolli höfum stofnat. Kiartan mælti: ecki kalla ek þat landkaup, er ei er vattum bundit; geyr nú annathvart at þú handsala mér þegar landit at þvílíkum kostum, sem þú hefir ásáttr ordit vid adra, edr bú siálfr á landi þínu ella. Þórarinn kaus at selia hönum landit; voru nú þegar vattar at þessu kaupi. Kiartan reid heim eptir landkaupid. Þetta spurdist um alla Breidafiardar-dali. Et sama kveld spurdist þetta til Lauga, þá mælti Gudrún: sva virdist mér, Bolli! sem Kiartan hafi þér gert II kosti nockuru hardari enn hann gerdi Þórarni, at þú munt láta verda hérat þetta med litlum sóma, edr sýna þik á einhverium fundi yckrum nockuru úslærra*) enn þú hefir fyrr verit. Bolli svarar engu ok geck þegar af þessu tali, ok var nú kyrt þat er eptir var lánga-föstu. En IIIa dag páska reid Kiartan heiman vid annan mann; fylgdi hönum Án svarti; þeir koma í Túngu um daginn. Kiartan vill at Þórarinn rídi med hönum vestr til Saurbæar at játa þar skuldar-stödum, þvíat Kiartan átti þar miklar fiár-reidur. Þórarinn var ridinn á annan bæ. Kiartan dvaldist þár um hríd ok beid hans. Þann sama dag var þar komin Þórhalla málga; hún spyrr Kiartan hvart hann ætladi at fara? Hann kvadst fara skyldu vestr til Saurbæar. Hún spyrr: hveria skaltu leid rída? Kiartan svarar: ek mun rída vestr

*) *Nonnulli legunt:* "ósliárri" *Alii:* "svo at afdragi tvímælin."

instituisti, aliqvantum loqvar; mihi enim non placet, uti tu hunc agrum Bollio ac Gudrunæ vendas. Thorarinus dixit, sibi aliter agere non esse commodo, nam & munificum pretium Bollium sibi pro agro promisisse idqve cito esse soluturum. Kjartanus dixit: haud tibi erit damno, si Bollius agrum non emerit, nam ego illum eodem emam pretio, nec tibi proderit meæ voluntati tergiversari; hoc enim erit manifestum, memet in hoc pago plurimum pollere postulare, & tamen aliorum hominum animo magis obtemperare qvam virorum Laugensium. Thorarinus dixit: hac in re domini dictum mihi magno canstabit; maxime tamen mihi placeret, ut pactum meum cum Bollio ratum maneret. Kjartanus dixit: hoc ego haud pactum voco, cujus nulli adfuerint testes, jam alterutrum facias: aut dextra data mihi statim tradas agrum, iisdem conditionibus ac cum aliis depactus sis, aut ipse in tuo prædio remaneas. Thorarinus potius ei agrum vendere statuebat, & ad hoc qvidem pactum testes adducti sunt. Post hanc agri emtionem Kjartanus domum rediit. Hujus rei fama per totos Breidafiardardalos divulgata & eodem vespere perlata Laugas. Tunc dixit Gudruna: ita ego rem existimo, Bolli! uti Kjartanus duas conditiones aliqvanto duriores, qvam qvas Thorarino proposuit, tibi obtulerit: tibi enim aut erit iste pagus relinqvendus non sine honoris detrimento, aut in aliqvo vestro congressu necessum tibi erit, te aliqvatenus audaciorem ostendere, qvam hucusqve te ostendisti. Bollius nullum reddens responsum ex hoc colloqvio discessit, jamqve per reliqvum jejunii qvadragesimalis tempus omnia qvieta. Tertia autem die festi paschalis Kjartanus cum singulo comite, Ano nempe Nigro, domo profectus, eadem die Tungam pervenit; voluit enim Kjartanus, ut Thorarinus occidentem versus ad Saurbæum illum seqveretur ad creditum reposcendum, magna enim Kjartano pecunia ibidem erat colligenda. Thorarinus ad aliam villam eqvitaverat. Kjartanus illum per aliqvantum temporis opperitur. Eadem die Thorhalla Malga (loqvax) eo venerat. Illa Kjartanum rogavit, qvo iter facturus esset. Ille se ad Saurbæum iter facturum affirmavit. Tum illa rogavit: qva tibi erit iter? Kjartanus respondit: ego versus occi-

Sælíngs-dal, en vestan Svína-dal. Hún spyrr hversu leingi hann mundi vera? Kiartan svarar: þat er líkast at ek rída vestan fimta*) daginn. Mantu reka erendi mín? segir þórhalla, ek á frænda vestr fyrir Hvítadal**) í Saurbæ, hann hefir heitid mér hálfri mörk vadmáls; villda-ek at þú heimtir ok hefdir med þér vestan. Kiartan hét þessu. Sídan kemr þórarinn heim ok rædst til ferdar med þeim; ridu þeir vestr um Sælíngsdals-heidi, ok koma um kveldit á Hól til þeirra systkina. Kiartan fær þar gódar vidtökur, þvíat þar var en mesta vingan. þórhalla málga kom heim til Lauga um kveldit; spyria synir Osvífurs hvat hún hitti manna um daginn? Hún kvadst hafa hitt Kiartan Olafsson. þeir spurdu hvert hann ætladi? Hún sagdi slíkt af sem hún vissi, ok alldregi hefir hann verit vaskligri enn nú, ok er þat ei kynligt at slíkum mönnum þyki alt lágt hiá sér; ok enn mælti þórhalla: audfyndt þótti mér þat á, at Kiartani var ecki annat jám-létt hialat sem um landkaup þeirra þórarins. Gudrún mælti: vel má Kiartan því alt gera diarfliga þat er hönum líkar, þvíat þat er reynt, at hann tekr enga þá úsæmd til, at neinn þori at skióta skapti at móti hönum. Bædi var hiá tali þeirra Gudrúnar Bolli ok synir Osvífurs; þeir svörudu fá ok heldr til áleitni vid Bolla, sem jafnan var vant. Bolli lét sem hann heyrdi ei, sem jafnan, er Kiartani var hallmælt; þvíat hann var vanr því jafnan.

CAP. 48.

Kiartan sitr enn IIIia dag páska á Hóli; var þar en mesta skemtan ok gledi; um nóttina eptir lét An ílla í svefni ok var hann vakinn. þeir spurdu hvat hann hefdi dreymt? Hann svarar: kona kom at mér óþeckilig ok kipti mér á stock framm; hún hafdi í hendi skálm ok hrís í annarri; hún setti fyrir brióst mér skálmina, ok reist á mér kvid-

*) *Alii* fimtu. **) *Alii:* Hvítardal, Hýtardal.

dentem per Sælingsdalum iter faciam, ab occidente vero per Svinadalum redibo. Illa rogavit: qvamdiu eris in itinere. Kjartanus respondit: Verisimillimum est ut qvinta die redeam. Num mihi perficies negotii aliqvantum? dixit Thorhalla. Cognatus mihi est in Saurbœo ab occidentali parte Hvitadali, ille mihi pannum semimarcæ pretio constantem promisit, hunc uti reposceres ac tecum ab occidente asportares vellem. Kjartanus ita facere promisit. Postea Thorarinus domum rediit ac cum Kjartano proficissi paravit. Jam versus occidentem per Deserta Sælingsdalensia eqvitantes vespere Holum, ad fratres, pervenere. Bene Kjartanus ibi exceptus, illis enim erat amicissimus. Thorhalla Loqvax Laugas domum vespere rediit. Ösvivi filii rogabant, qvos homines ea die convenisset? Illa Kjartanum Olavi filium se convenisse affirmavit. Illi rogabant, qvo ille profecturus esset. Illa hac de re omnia, qvæ scivit, retulit, dicens: Nunqvam mihi præstantior visus est, qvam hac vice fuit, nec mirum, si tales homines omnia sibi inferiora existimant: Porro Thorhalla sic locuta: Id mihi visum manifestum, qvod Kjartanus de agri emtione, qvæ illi cum Thorarino pacta esset, lubentius loqveretur qvam de ulla alia re. Gudruna respondit: Kjartanus sane omnia, qvæ ipsi placet, audacter potest perpetrare, expertum enim est, illum nulli tantam inferre ignominiam, ut aliqvis vel manubrium saltem teli in illum conjicere audeat. Gudrunæ ac Thorhallæ colloqvio & Bollius & Osvivi filii aderant, illi pauca respondebant, ea tamen uti plerumqve ad Bollium suscitandum. Bollius se illa non audire simulavit & ita fere fecit, ita enim illi solitum, qvando Kjartano obtrectarent.

CAP. XLVIII.

Tertia die festi paschalis, Kjartanus Holi mansit. Multus ibi lusus ac lætitia. Seqvente nocte Ano inqvietus fuit somnus; ille e somno excitatus rogatusqve qvid somniasset. Ille respondit: Visa ad me venire incognita mulier, meqve correptum versus spondam protrudere. Una illa manu machæram altera fruticem gestabat. Tum machærâ mihi pec-

inn allann ok tók á brott innýflin ok lét koma í stadinn hrís; eptir þat geck hún út, segir Án. Þeir Kiartan hlógu miök at drauminum ok kvádu hann heita skyldu Án hrís-maga; þrifu þeir til hans ok kvádust leita skyldu hvart hrís væri í maganum. Þá mælti Audr: ei þarf at spotta þetta sva miök; er þat mitt tillag, at Kiartan geri annathvart, at hann dveljist hér leingr; en ef hann vill rída, þá rídi hann med meira lid hédan enn híngat. Kiartan mælti: vera kann at ydr þyki Án hrís-magi miök merkí-máll, þá er hann sitr á tali vid ydr um dagana, er ydr þykir alt sem vitran sé; ok fara mun ek sem ek hefi ádr ætlat fyrir þessum draum. Kiartan býst snimma fimta dag i páska-viku ok Þorkell hvelpr ok Knútr bródir hans at rádi Audar; þeir rídu med Kiartani á leid alls XII saman. Kiartan kémr fyrir Hvíta-dal ok heimti, vad-mal Þórhöllu málgu, sem hann hét; sídan reid hann sudr Svína-dal. Þat var tídenda at Laugum í Sælíngs-dal, at Gudrún var snemma á fótum þegar er sólu var ofrat*); hún geck þángat til er brædr hennar sváfu; hún tók á Ospaki. Hann vaknadi skiótt vid ok sva þeir fleiri brædr; ok er Ospakr kendi þar systur sína, þá spurdi hann, hvat hún vildi, er hún var sva snemma á fótum? Gudrún kvadst vildu vita, hvat þeir vildu at-hafast um daginn. Ospakr kvadst mundu kyrru fyrir halda ok er nú fátt til verknadar. Gudrún mælti: gott skaplyndi hefdit þér þá fengit, ef þér værit dætur einshvers hónda, ok láta hvartki at ydr verda gagn né mein; en slíka svívirdíng ok skömm sem Kiartan hefir ydr gert, þá sofi þér ei at minna at hann rídi hér hiá gardi vid annan mann, ok hafa slíkir menn mikit svíns-minni; þyki mér ok rekin van, at þèr þorit Kiartan heim at sækia, ef þér þorit ei at finna hann nú, er hann ferr vid annan mann edr einn-saman, en þér sitjit heima ok látit vænliga, ok erut æ hölzti margir. Ospakr kvad hana mikit af-taka, en

*) *Alii:* "ófært" *et alii:* "þegar sól var upp-komin."

tus impegit, totoqve abdomine aperto, viscera mihi abstulit, atqve eorum in locum mihi virgam dedit; postea abiit; hæc qvidem Anus. Kjartanus ac sui socii multum in hoc somnium jocati. Anum Hrismagum (Ventrivirgam) illum postea vocandum censuere, tumqve illum arripientes se inqvirere velle dixerunt, anne esset in ventre virga. Tunc dixit Auda: Hœc ego haud adeo irridenda censeo. Meum qvidem consilium est, ut Kjartanus hic aut diutius maneat, aut si hinc abire cupit, tunc cum pluribus hinc abeat qvam qvibus, cum advenit. Kjartanus dixit: fieri qvidem potest ut Anus Ventrivirga vobis sagacior videatur, cum interdiu vestris colloqviis assideat, qvandoqvidem vos omnia illius somnia pro veris visionibus accipitis, ego tamen, uti constitui, proficiscar nulla habita hujus somnii ratione. Kjartanus qvinta die septimanæ paschatos, Thorkello Catullo et Knuto illius fratre Audæ monitu comitantibus, mane profectus est. XII cum Kjartano iter ingressi. Kjartanus in regionem Hvitadali pervenit pannumqve Thorhallæ Loqvacis, uti promiserat, exposcit. Inde versus meridiem matutino adhuc tempore eqvo vectus. Id novi Laugis in Sælingsdalo accidit, ut Gudruna mane ad solis fere ortum surgeret; illa eum adiit locum, ubi fratres dormiebant & Ospacum attingens, eum cum ceteris fratribus e somno excitavit. Cognita autem sorore Ospacus rogavit, qvid illi esset negotii, qvandoqvidem illa tam mane surrexisset. Gudruna dixit: scire se velle qvid illis ea die negotii futurum esset. Ospacus dixit: se domi qvietum mansurum, tum enim haud multa negotia obeunda esse. Gudruna dixit: conveniens sane indoles vobis infuisset, si alicujus coloni essetis filiæ, nec emolumenti nec damni aliqvid afferentes qvandaqvidem qvum Kjartanus, qvi tanta vos affecit ignominia, hic juxta villam cum singulo eqvitat comite, tum vos haud minus qvieti lectum tenetis. Tales qvidem viros memoria multo haud qvam porcos tenaciore esse præditos judico, nec enim sperandum existimo, ut Kjartanum domi aggredi audeatis, qvandoqvidem ad illum jam conveniendum parum animi est, etsi ille cum comite singulo aut solus jam facit iter; vos vero domi manetis dictis qvam

vera ílt til mót-mæla ok spratt hann upp þegar ok klæddist ok hverr þeirra brædra at ödrum. Sídan biuggust þeir at sitia fyrir Kiartani; þá bad Gudrún Bolla til ferdar med þeim. Bolli kvad sér ei sama fyrir frændsemis sakir vid Kiartan, ok tiádi hversu ástsamliga Olafr hafdi hann upp-fæddann. Gudrún segír: satt segir þú þat, en ei muntu bera giptu til at gera sva at öllum þyki vel, ok mun lokit ockrum samförum, ef þú skerst undan förinni; ok vid fortölur Gudrúnar mikladi Bolli fyrir sér fiandskap allan á hendr Kiartani ok sakir, ok vapnadist sídan skiótt, ok urdu IX saman, voru þeir V synir Osvífurs: Ospakr ok Helgi, Vandrádr ok Torrádr, Þórólfr, Bolli enn VIti, Gudlaugr enn VIIdi, systur son Osvífurs ok manna vænligastr; þar var Oddr ok Steinn, synir Þórhöllu málgu; þeir ridu til Svína-dals ok námu stadar hiá gili því, er Hafra-gil heitir, bundu þar hestana ok settust nidr. Bolli var hliódr um daginn ok lá uppi hiá gils-þreminum. En er þeir Kiartan voru komnir sudr um Mió-syndi ok rýmast tekr dalrinn mælti Kiartan: at þeir Þorkell mundu snúa aptr. Þorkell kvadst rída mundu þar til er þrýtr dalinn; ok þá er þeir komu sudr um sel þau, er Nordr-sel heita, þá mælti Kiartan til þeirra brædra, at þeir skyldu ei rída leingra; skal ei Þórólfr þiófrinn at því hlæia, at ek þori ei at rída leid mína fámennr. Þorkell hvelpr segir: þat munu vér nú veita þér, at rída nú ei leingra; en idrast munu vér þess, ef vér erum ei vidstaddir, ef þú þarft manna vid í dag. Þá mælti Kiartan: ei mun Bolli frændi minn slá bana-rádum vid mik; en ef þeir Osvífurs synir sitia fyrir mér, þá er ei reynt, hvarir frá tídendum eiga at segia, þó at ek eigi vid nockurn lids-mun. Sídan ridu þeir brædr vestr aptr.

factis fortiores & numero nimis sane multi. Ospacus dixit: vehementem esse illius adhortationem ac difficile illi aliqvid contradicere. Tumqve statim surgens vestibus se induit, ita qvisqve etiam fecit fratrum, post alium alius. Deinde Kjartano insidiari parant. Tunc Gudruna rogavit Bollium, ut illos comitaretur. Bollius propter consangvinitatem cum Kjartano sibi hoc convenire negavit, & qvanto cum amore Olavus eum educaverit, memoravit. Gudruna dixit: vera qvidem hæc, sed tamen tibi deerit fortuna ad actiones ita comparandas, ut omnes contenti sint, & nostri tum qvidem matrimonii finis aderit, si ire detrectas. Propter has Gudrunæ adhortationes Bollio inimicitiæ omnes ac culpæ Kjartani increscere animo, tumqve statim ille arma corripere. Novem simul profecti: V filii Osvivi: Ospacus, Helgius, Vandradus, Thorradus ac Thorolfus; sextus erat Bollius; Gudlaugus, Osvivi nepos ex sorore, vir aspectu fortissimus, erat septimus; ibi qvoqve Oddus ac Steinus, Thorhallæ loqvacis filii aderant. Illi ad Svinadalum profecti ad alveum qvendam, qvi Hafragilum (alveus caprinus) vocatus est, constitere. Vinctis ibidem eqvis consederunt. Bollius ea die tacitus ad marginem alvei decubuit. Qvum autem Kjartanus ac illius comites transiissent angustias, qvæ Miosyndæ dicuntur, ac latiora vallis intravissent, Kjartanus Thorkellum reverti rogabat. Thorkellus se ad ultima vallis eum comitaturum affirmavit. Qvumqve versus meridiem profecti tuguria, qvæ Nordursel dicuntur, præteriissent, Kjartanus fratres rogavit, ne longius eqvitarent; nolo, inqvit, furem illum Thorolfum illud in ludibrio habere, qvod paucis cum comitibus iter facere non audeam. Thorkellus Catullus dixit: in hoc sane tibi obtemperabimus, qvod te jam non longius comitemur; hujus vero nos poenitebit, si hodie tibi opus erit comitibus, tumqve nos erimus absentes. Tunc dixit Kjartanus: haud credo Bollium, cognatum meum, vitæ meæ insidias struere; si autem Osvivi filii mihi insidiantur, haud certum est, qvibus certaminis exitus memorandus sit, etsi aliqvod sit virium discrimen. Deinde fratres versus occidentem rursus profecti.

CAP. 49.

Nú rídr Kiartan sudr eptir dalnum ok þeir III saman, Án svarti ok Þórarinn. Þorkell hét madr, er bió á Hafratindum í Svínadal; þar er nú audn; hann hafdi farit til hrossa sinna um daginn og smala-sveinn hans med hönum; þeir siá hvartveggi Lauga-menn í fyrirsátinni, ok þá Kiartan, er þeir ridu eptir dalnum III saman. Þá mælti smala-sveinn: at þeir mundu snúa til móts vid þá Kiartan; kvad þeim þat mikit happ, ef þeir mætti skirra vandrædum sva miklum, sem þá var til stefnt. Þorkell mælti: þegi skiótt, segir hann, mun fóli þinn nockurum manni líf gefa, ef bana verdr audit; er þat ok satt at segia, at ek spari hvariga til at þeir eigi nú sva ílt saman, sem þeim líkar; sýnist mér þat betra rád, at vid komim ockr þar, at ockr sé vid engu hætt, en vid megim þó sem giörst siá fundinn ok hafim gaman af leik þeirra; þvíat þat ágæta allir, at Kiartan sé vígr hverium manni betr; væntir mik ok at hann þurfi nú þess; þvíat ockr er þat kunnigt at ærinn er lids-munr; ok vard sva at vera sem Þorkell vildi. Þeir Kiartan rída framm at Hafra-gili; en í annan stad gruna þeir Osvífurs synir, hví Bolli mun sér hafa þar sva stadar leitad, er hann mátti vel siá, þá er menn ridu vestan; þeir gera nú rád sitt ok þótti sem Bolli mundi þeim ei vera trúrr, gánga at hönum upp í breckuna ok brugdu á glímu ok á glens ok tóku í fætr hönum ok drógu hann ofan fyrir breckuna; en þá Kiartan bar brátt at er þeir ridu hart, ok er þeir komu sudr yfir gilit, þá sáu þeir fyrirsátina ok kendu mennina. Kiartan spratt þegar af baki ok snéri í móti þeim Osvífurs sonum; þar stód steinn einn mikill, þar bad Kiartan þá vid taka, en ádr þeir mættist skaut Kiartan spiótinu ok kom í skiöld Þórólfs fyrir ofan mundridann ok bar af hönum skiöldinn vid, spiótid geck í gegnum skiöldinn ok handlegginn fyrir ofan alboga ok tók þar í sundr afl-vödvann; lét Þórólfr þá lausan skiöldinn ok var hönum ónýt höndin um

CAP. XLIX.

Jam Kjartanus meridiem versus per vallem cum duobus comitibus, Ano nigro ac Thorarino profectus. Thorkellus erat nomen viro, qvi Hafratindis in Svinadalo habitabat; deserta jam illa loca sunt; ille ea die cum armentario eqvos suos adierat, illi, & viros Laugenses in insidiis, & Kjartanum cum duobus comitibus per vallem eqvitantem conspexere. Tunc dixit armentarius, se Kjartano ac illius sociis succurrere velle, fortunatum enim esse, si tanta, qvanta jam imminerent mala, avertere possent. Thorkellus dixit: sero tu qvidem stulte alicujus hominis vitam sustentabis, si fatum illi adest, & hoc sane verum est, qvod neutri ego parcendum existimem aut avertendum, ne tam hostiliter dimicent, qvantum ipsis lubet. Melius mihi illud videtur consilium, ut illum locum adeamus, ubi minimum periculi maximum vero spectaculi sit congressus, eorumqve ludus nobis oblectamento esse qveat; omnes enim Kjartanum laudibus efferunt, uti omnibus præstantiorem armorum usu, & jam qvidem exspecto, illum sua arte opus habiturum; compertum enim nobis est, multum esse virium discrimen. Jam Thorkello necessario fuit obtemperandum. Kjartanus ac illius comites ad Hafragilum eqvitavere; ex altera autem parte ejus rei suspicio Osvivi tenuit filios, cur Bollius sibi illum qvæsiverit locum, ubi optime conspicere posset ab occidente adeqvitantes; jam hac de re consultavere, Bolliusqve iis visus parum fidus. Itaqve in clivum ad illum ascendentes cum illo luctari ac jocari coepere, arreptisqve pedibus e clivo detraxere. Kjartanus vero cum comitibus subito advenit, eqvorum enim gradum citaverant, qvumqve versus meridiem alveum transiissent, conspectis insidiis, viros cognovere. Kjartanus ex eqvo statim desilivit ac in Osvivi filios conversus est. Magnum ibi saxum aderat, illic Kjartanus hostem excipiendum censuit; verum anteqvam congrederentur, Kjartanus hastam conjecit, qvæ Thorolfi clypeum feriebat supra manubrium, hominiqve scutum versus latus depulit. Hasta scutum penetrans ipsumqve brachium supra cubitum valentissimum brachii musculum perscidit. Thorolfus tum clypeum demisit, nec illi ea die manus ullus usus. Tum Kjartanus strinxit gla-

daginn; sídan brá Kiartan sverdinu ok hafdi ei konúngs naut. Þorhöllu synir runnu á Þórarinn, þvíat þeim var þat hlutskipti ætlat, var sá atgángr hardr, þvíat Þórarinn var ramr at afli, mátti þar ok varla í milli siá, hvarir þar mundu driúgari verda. Þá sóttu þeir Osvífurs synir at Kiartani ok Gudlaugr, voru þeir VI, en þeir Kiartan ok Án II; Án vardist vel ok vildi æ gánga framm fyrir Kiartan; Bolli stód hiá med Fótbít. Kiartan hió stórt, en sverdit dugdi ílla, brá hann því jafnan undir fót sér, urdu þá hvarirtveggi sárir Osvífurs synir ok Án, en Kiartan var þá enn ecki sárr. Kiartan bardist sva snart ok hraustliga, at þeir Osvífurs synir hopudu undan ok snéru þá þar at, sem Án var, þá féll Án ok hafdi hann þá barist um hríd sva at úti lágu idrin. Í þessari svipan hió Kjartan fót af Gudlaugi fyrir ofan kné ok var hönum sá áverki ærinn til bana; þá sækia þeir Osvífurs synir IIII Kiartan ok vardist hann sva hraustliga at hvergi fór hann á hæl fyrir þeim; þá mælti Kiartan: Bolli frændi! hví fórtu heiman, ef þú vildir kyrr standa hiá, ok er þér nú þat vænst at veita ödrum hvarum ok reyna nú hversu Fótbítr dugir. Bolli lét sem hann heyrdi ei; ok er Ospakr sá at þeir mundu ei bera af Kiartani, þá eggiar hann Bolla á alla vega, kvad ei mundu vilia vita þá skömm eptir sig at hafa heitid þeim vígs- gengi ok veita nú ecki, ok var Kiartan oss þá þúngr í skiptum, er vér höfdum ei jafn-stórt tilgiört, ok ef Kiartan skal nú undan rekast, þá mun þér Bolli sva sem oss skamt til afar-kosta; þá brá Bolli Fótbít ok snýr nú at Kiartani. Þá mælti Kiartan til Bolla: víst ætlar þú nú, frændi! nídíngsverk at gera, en miklu þyki mér betra at þiggia bana-ord af þér, frændi! enn veita þér þat; sídan kastadi Kiartan vapnum ok vildi þá ei veria sik, en þó var hann lítt sárr, en ákafliga víg-módr. Engi veitti Bolli svör máli Kiartans, en þó veitti hann hönum banasár. Bolli settist þegar undir herdar hönum, ok andadist Kiartan í kniám Bolla; idradist Bolli þegar

dium, nec illi tum gladius, qvem rex illi dederat, præsto fuit. Thorhallæ filii Thorarinum aggressi, ea enim illis obvenerat sors. Acer ille congressus, Thorarinus enim erat prævalens, nec facile dijudicandum penes qvem futura esset victoria. Tunc Osvivi filii ac Gudlaugus Kjartanum aggressi & illi qvidem VI erant contra duos viros Kjartanum ac Anum. Anus fortiter pugnavit, Kjartanum semper anteire studens. Bollius Pedimorsorem gestans adstabat. Kjartanus grande feriit; ferri autem haud magna erat vis, curvatusqve gladius sæpe sub pede dirigendus. Tum & Osvivi filii & Anus vulnerati, nullum autem adhuc Kjartanus vulnus acceperat. Tum Kjartanus adeo vehementer ac fortiter conflixit, ut Osvivi filii retro pellerentur. Jam in Anum conversi; tum Anus cecidit & jam per aliqvod tempus propendentibus conflixerat visceribus. In hoc momento Kjartanus Gudlaugo supra genu femur amputavit, id illi vulnus ad mortem satis. IV tum Osvivi filii Kjartanum adorti; ille qvidem adeo fortiter se defendit, ut ne pedem qvidem illis referret. Tunc dixit Kjartanus: Bolli cognate! qvapropter domo profectus es, si qvidem adstare qvietum lubet, jam alterutri succurrere ac Pedimorsoris virtutem experiri optimum censeo. Hæc Bollius se non audire simulavit. Qvumqve Ospacus intelligeret, eos Kjartanum haud superaturos fore Bollium omni modo incitare, ignominiosum id crimen illi in se committendum negare, ut promisso auxilio nullum exhiberet. Tum, inqvit, Kjartanus nobis fuit gravis, qvando illum minus læsimus & si Kjartanus hac vice elabitur, tunc tibi, Bolli! haud minus qvam nobis gravis imminet conditio. Stricto tum Bollius Pedimorsore ad Kjartanum conversus est. Tunc Kjartanus Bollium ita allocutus est: jam certe, cognate! flagitium perpetrare tibi in animo est, mihi autem multo melius placet, ut tu mihi mortem inferas, qvam ego tibi. Projectis tum armis Kjartanus noluit sese defendere, pauca tamen acceperat vulnera. Gravis autem pugnandi lassitudo urgebat. Kjartani dictis Bollius nulla responsa reddidit, mortiferum tamen vulnus intulit. Bollius cadentem gremio excepit, ita Kjartanus exspiravit. Bollium statim facinoris poenituit, palamqve fecit, se illud perpetrasse. Bollius Osvivi filios ad pagum præmisit,

verksins ok lýsti vígi á hendr sér. Bolli sendi þá Osvífurs sonu til héraðs, en hann var eptir ok Þórarinn hiá líkunum; ok er þeir Osvífurs synir Komu til Lauga; þá sögdu þeir tídendin. Gudrún lét vel yfir, ok var þá bundit um höndina Þórólfs ok vard hönum alldregi meinlaus. Lík Kiartans var fært heim í Túngu; sídan reid Bolli heim til Lauga. Gudrún geck í móti hönum ok spurdi hversu fram-ordit væri? Bolli kvad þá vera nærr nóni dags þess. Þá mælti Gudrún: mikil verda hermdar verk*); ek hefir spunnit XII álna garn, en þú hefir vegit Kiartan. Bolli segir: þó mætti mér þat úhapp seint úr hug gánga, þóttú mintir mik ecki á þat. Gudrún mælti: ecki tel ek slíkt med úhöppum; þótti mér sem þú hefdir meiri metord þann vetr, er Kiartan var í Noregi, enn nú er hann trad ydr undir fótum, þegar hann kom til Íslands; en ek tel þat þó sídast er mér þykir mest vert, at Hrefna mun ei gánga hlæiandi at sænginni í kveld. Þá svarar Bolli ok var miök reidr: úsýnt þyki mér at hún fölni meirr vid þessi tídendi, enn þú, ok þat grunar mik, at þú brygdir þér minnr vid, þó at vér lægim eptir á vígvellinum, en Kiartan segdi frá tídendum. Gudrún fann þá at Bolli reiddist ok mælti: haf ecki slíkt vid, þvíat ek kann þér mikla þöck fyrir verkit; þyki mér nú þat vitad, at þú vilt ecki gera í móti skapi mínu. Sídan gengu þeir Osvífurs synir í jard-hús þat, er þeim var búit á laun; en þeir Þórhöllu synir voru sendir út til Helgafells at segia Snorra goda þessi tídendi, ok þat med at þau bádu hann senda sér skiótan styrk til lidveizlu á móti Olafi ok þeim mönnum, er eptir-mál áttu eptir Kiartan. Þat vard til tídenda í Sælíngsdals-Túngu þá nótt, er vígit hafdi ordit um daginn, at Án settist upp er allir hugdu at daudr væri; urdu þeir hræddir, er vöktu yfir líkinu ok þótti þeim undr mikit. Þá mælti Án til þeirra: ek bid ydr í Guds nafni, at þér hrædist mik ei, þvíat ek hefi lifat ok haft vit mitt alt til þeirrar

*) *Alii:* "hefndar-verkin"

ipse vero cum Thorarino apud mortua corpora remansit. Osvivi autem filii, ubi Laugas pervenerunt, res gestas retulere. Gudruna facta collaudavit. Deinde Thorolfi obligata manus nec eadem illi unqvam in integrum restituta. Kiartani corpus Tungam domum delatum; deinde Bollius eqvo vectus Laugas. Gudruna illi obviam egressa rogavit qvænam esset diei hora; Bollius dixit nonam tum ejus diei horam agi. Tunc dixit Gudruna magnæ geruntur res ac memoriæ dignæ, ego filum qvantum ad duodecim ulnas panni satis est deduxi, tu autem Kiartanum necasti. Bollius dixit: fatale illud factum mihi sat sero excidet memoria, etsi illud haud in mentem revocares. Gudruna dixit: hoc in fatalibus rebus haud reor habendum, multo enim major tua visa gloria eo anno, qvem Kiartanus in Norvagia degit, qvam nunc post illius reditum in Islandiam, cum vos calcaret pedibus, id autem ultimum memoro, qvod maximi tamen momenti visum est, qvod Hrefna sine risu hoc vespere ibit cubitum. Bollius tum respondit, ira valde succensus: incertum est, an hoc nuntio illa magis, qvam tu, expallescat & sane suspicor, te minus commotam fuisse, si nos in pugnæ campo decubuissemus, Kjartanus autem rerum gestarum nuntium detulisset. Tum Gudruna Bollium esse iratum intelligebat atqve dixit: noli talia loqvi, ego enim pro hoc facinore tibi multas habeo gratias; jam enim certo scio, te nolle aliqvid agere contra meam voluntatem. Deinde Osvivi filii subterraneum cubiculum, qvod illis occulte paratum erat, ingressi. Thorhallæ autem filii missi Helgafellum, ut Snorroni Antistiti hunc referrent nuntium, simulqve, ut subitum Bollio mitteret auxilium contra Olavum atqve illos viros, qvibus Kjartani cædes vindicanda, rogarent. Sælingsdalstungæ proxima post hanc cædem nocte id novi accidit, ut Anus, qvem omnes mortuum rebantur, surgeret; illi, qvi corpus custodiebant, perterriti novæ rei miraculo. Tunc Anus eos ita alloqvebatur: ego vos per deum rogo, ne memet timeatis; ego enim vixi sanamqve retinui mentem, usqve dum lethargico somno opprimerer; tunc mihi visa eadem, qvæ prius, mulier, virgam ex abdomine tollere, atqve in illius locum viscera reponere. Hæc mihi mutatio valde fuit grata. Deinde Ani vulnera deligata illeqve in integrum

stundar at rann á mik ómegins-höfgi, þá dreymdi mik en sama kona ok fyrr, ok þótti mér hún nú taka hrísit úr maganum, en lét koma innýflin í stadinn, ok vard mér gott vid þat skipti; sídan voru bundin sár þau, er Án hafdi, ok vard hann heill, ok var sídan kalladr Án hrís-magi. En er Olafr Höskuldsson spurdi þessi tídendi, þá þótti hönum mikit at um víg Kiartans; en þó bar hann dreingiliga. þeir synir hans vildu þegar fara at Bolla ok drepa hann. Olafr segir: þat skal fiarri fara; er mér ecki sonr minn at bættri, þó at Bolli sé drepinn, ok unna ek Kiartani um alla menn framm, en ei mátta ek vita mein Bolla; en sé ek ydr makligri sýslu: fari þér til móts vid þórhöllu-syni, er þeir eru sendir til Helgafells at stefna lidi at Osvífurs sonum; vel líkar mér þótt þér skapit þeim slíkt víti, sem ydr líkar. Sídan snarast þeir til ferdar Olafs synir ok gengu á feriu, er Olafr átti, voru þeir VII saman, róa út eptir Hvams-firdi ok sækia knáliga ferdina, þeir hafa vedr lítid ok hagstædt; þeir róa þar til er þeir koma undir Skorr-ey ok eiga þar dvöl nockura ok spyriast þar fyrir um ferdir manna, ok litlu sídarr siá þeir skip róa vestan um fiördinn, kendu þeir brátt mennina; voru þar þórhöllu-synir; leggia þeir Halldórr þegar at þeim, þar vard engi vidtaka, þvíat þeir Olafs synir hliópu þegar út á skipit at þeim, urdu þeir Steinn handteknir ok höggnir fyrir bord, þeir Olafs synir snúa aptr ok þótti þeirra ferd allskörulig vera.

CAP. 50.

Olafr fór í móti líki Kiartans, hann sendi menn sudr til Borgar at segia þorsteini Egilssyni ok þat med at hann vildi hafa styrk af hönum til eptirmáls, ef stórmenni slægist í móti med Osvífurs sonum, þá kvadst hann alt vildu eiga undir sér; slík ord sendi hann nordr í Vídi-dal til Gudmundar mágs síns ok þeirra Ásgeirs-sona, ok þat med at hann hafdi lýst vígi Kiartans á hendr öllum mönnum þeim er í tilför höfdu verit, nema Ospaki Osvífurs syni; hann var ádr sekr um konu þá er Aldís hét,

restitutus; postea Anus Ventrivirga nuncupatus est. Hic autem nuntius cum ad Olavum Höskuldi filium delatus esset, gravis illi visa Kjartani cædes, fortiter tamen hoc malum sustinuit; illius filii Bollium statim aggredi ac occidere voluere. Olavus dixit: hoc nullo pacto fiat; haud enim mihi filius Bollii cæde restituitur, nam si Kjartanum præ omnibus dilexi mortalibus, nullum potui Bollii infortunium perpeti. Ego autem aliud negotium vobis magis convenire intelligo: Thorhallæ sane filios aggrediamini, qvandoqvidem illi Helgafellum ad opem colligendam Osvivi filiis missi sunt. Id sane mihi placet, si illos tanto malo, qvanto vobis lubet, afficiatis. Deinde Olavi filii abire festinavere, scaphamqve, qvæ fuit Olavo, VII conscenderunt & e Hvamsfjördo egredientes magna usi itineris festinatione. Ventus erat haud vehemens, sed secundus. Jam usqve dum ad Skorreyam pervenirent remigavere, ibi aliqvantum morati itinera viatorum scitati sunt. Paullopost navim ab accidentali parte sinus navigantem conspexere. Confestim illos viros cognovere; hi enim Thorhallæ erant filii. Haldorus cum sociis eos statim aggressus, nec illi multum restitere; Olavi enim filii navim statim conscendentes eos adorti sunt. Steinus ac illius socii capti, obtruncati qve in mare conjecti. Olavi tum filii revertebantur; illorum iter gloriosum visum est.

CAP. L.

Olavus Kjartani funeri egressus obviam, nuntios misit Borgam, qvi Thorsteinum, Egilli filium, de his rebus certiorem facerent, simulqve ab eo opem peterent forensem ad cædem vindicandam, si forte magnates ab Osvivi filiorum partibus starent, tum enim penes se totius causæ arbitrium fore postulare se confirmavit. Idem nuntium versus borealia misit in Vididalum Gudmundo, affini suo, ac Asgeiris filiis, docuitqve simul, se omnes viros, qvi Kjartanum adorti sint, cædis reos publice indicasse, excepto tamen Ospaco, Osvivi filio; illi enim antea crimen incumbebat propter injuriam, qvam mulieri, Aldisæ nomine,

hún var dóttir Hólmgaungu-Liótz af Íngialds-sandi, þeirra son var Ulfr er sídan var stallari Haralds konúngs Sigurdar sonar; hann átti Jórunni Þorbergs dóttur, þeirra son var Jón fadir Erlends Hímalda, födur Eysteins erkibiskups. Olafr hafdi lýst víg-sökinni til Þórs-ness-þíngs, hann lét flytia heim lík Kiartans ok tialda yfir, þvíat þá var-engi kirkia giör í Dölum; en er Olafr spurdi at Þorsteinn hafdi skiótt vid brugdit ok hafdi mikit fiölmenni ok sva þeir Víd-dælir; þá lætr Olafr safna mönnum fyrir um alla Dali; var þat mikit fiölmenni; sídan sendi Olafr lid þat alt til Lauga ok mælti sva: þat er minn vili, at þér verit Bolla, ef hann þarf, ei verr enn þér fylgit mér, þvíat nærr er þat minni ætlan, at þeir þykist nockut eiga eptir sínum hlut at siá vid hann utanhérads-mennirnir, er nú munu brátt koma á hendr oss, ok er þessu var skipat med þessum hætti, þá komu þeir Þorsteinn ok sva Víd-dælir, ok voru þeir enir ódustu; eggiadi Hallr Gudmunds-son ok Kálfr Ásgeirs-son at gánga skyldi at Bolla ok leita Osvífurs sona, þar til er þeir fyndist ok sögdu at þeir mundu hvergi úr héradi farnir; en med því at Olafr latti miök at fara, þá voru borin á milli sáttmál ok var þat audsótt vid Bolla, þvíat hann bad Olaf einn ráda fyrir sína hönd; en Osvífr sá engi sín efni at mæla í móti, þvíat hönum kom ecki lid frá Snorra; var þá lagdr sættarfundr í Liáskógum; komu mál öll óskorut undir Olaf, skyldi koma fyrir víg Kiartans, sva sem Olafi líkadi, fé ok mannsektir; sídan var slitid sættar-fundi. Ei kom Bolli til sættar-fundarins, ok réd Olafr því giördum skyldi upplúka á Þórs-ness-þíngi. Nú ridu þeir Mýra-menn ok Víd-dælir í Hiardarholt. Þorsteinn Kuggason baud Ásgeiri syni Kiartans til fósturs til huggunar vid Hrefnu; en Hrefna fór nordr med brædrum sínum ok var miök harmþrúngin; en þó bar hún sva kurteisliga sinn harm, þvíat hún var vid hvern mann létt í máli. Engan tók Hrefna mann eptir

intulerat; illa erat filia Holmgaungulioti (Lioti Athletæ) de Ingjaldssando. Illorum filius erat Ulfus, qvi deinde Haraldi regis, Sigurdi filii, Magister fuit officiorum. Jorunna Thorbergi filia Ulfi fuit uxor. Illorum filius erat Jon, Erlendi pater, cui Humaldus filius Eysteni Archiepiscopi pater. Olavus cædis causam ad comitia Thornesensia citaverat. Kjartani funus domum deportandum ac tentorio tegendum curavit; nullum enim tum in Dalis templum exstructum erat. Olavus autem ubi comperit, Thorsteinium, nuntio statim excitatum, multos collegisse viros idemqve Viddalenses fecisse, ille qvoqve e tota regione Dalensi viros ad se convocavit. Magna illa mortalium multitudo. Hanc totam cohortem Olavus misit Laugas ita locutus: hæc qvidem mea valuntas est, ut Bollio haud minus sitis auxilio qvam mihi, si illi opus fuerit; hoc enim mea fert opinio, qvod viri, qvi extra hunc pagum sunt et nobis brevi adveniant, aliqvam suarum cladum restitutionem reposcant. Hæc autem qvum ita essent instituta, Thorsteinus cum sociis ac Viddalenses advenere tumqve illi erant ferocissimi. Hallus Gudmundi filius, ac Kalvus Asgeiris filius, Bollium adgrediendum Osviviqve filios qværendos, usqve dum reperirentur, censuere; atqve negaverunt illos e pago profectos esse. Sed qvum Olavus ab itinere multum dehortaretur, nuntii reconciliantes intercedebant, qvorum qvidem negotium apud Bollium bene processit; ille enim pro se totius causæ arbitrium ad Olavum deferebat, Osvivus autem sibi resistendi vim deesse intellexit; nullum enim illi a Snorrone advenit auxilium. Liarskogis tum reconciliationis conventus constitutus, omniumqve causarum ad Olavum integrum arbitrium delatum. Statutum est Kjartani cædes tanta, qvanta Olavo luberet, pecunia ac exiliis virorum expiaretur. Reconciliationis inde conventus solutus, nec illi Bollius interfuit, propter hæc omnium rerum arbitrium penes Olavum; judicium autem in conventu Thornesensi publicum reddendum. Myramanni tum ac Viddalenses Hjardarholtum rediere. Thorsteinus Kuggi filius, Asgeiro Kjartani filio educationem obtulit, ad Hrefnam consolandam. Hrefna autem cum fratribus versus borealia profecta gravi afflicta dolore, multa tamen cum modestia dolorem pertulit, nam cuilibet homini ad-

Kiartan; hún lifdi litla hríd sídan er hún kom nordr, ok er þat sögn manna at hún hafi sprúngit af strídi*).

CAP. 51.

Lík Kiartans stód uppi viku í Hiardarholti. Þorsteinn Egilsson hafdi gera látid kirkiu at Borg; hann flutti lík Kiartans heim med sér, ok var Kiartan at Borg grafinn; þá var kirkia ný-vígd ok í hvítavadum. Sídan leid til Þórs-ness-þíngs, voru þá mál til búin á hendr þeim Osvífurs sonum, ok urdu þeir allir sekir; var gefit fé til at þeir skyldi vera feriandi, en eiga ei útkvæmt medan nockurr Olafs sona væri á dögum edr Asgeir Kiartans son; en Gudlaugr systur-son Osvífurs skyldi vera úgildr fyrir tilför ok fyrirsát vid Kiartan, ok engar skyldi Þórólfr sæmdir hafa fyrir áverka þá, er hann hafdi fengit. Ei vildí Olafr láta sækia Bolla ok bad hann koma fé fyrir sik. Þetta líkadi þeim Haldóri ok Steindóri stór-illa ok sva öllum sonum Olafs, ok kvádu þúngt mundu veita, ef Bolli skyldi sitia samhérads vid þá. Olafr kvad hlýda mundu, medan hann væri á fótum. Skip stód uppi í Biarnarhöfn, er átti Audun festar-garmr; hann var á þínginu ok mælti: þat er til kostar, at þessara manna sekt mun ei minni í Noregi ef vinir Kiartans lifa. Þá svarar Osvífr: þú, festar-hundr! munt verda ei sannspár; því at synir mínir munu vera virdir mikils af tignum mönnum, en þú, festar-garmr! munt fara í trölla hendr í sumar. Audun festar-garmr fór utan þat sumar ok braut skipit vid Færeyar, þar týndist hvert manns-barn af skipinu, þótti þat miök hafa hrinit á, er Osvífr hafdi spád. Osvífurs synir fóru utan þat sumar ok kom engi þeirra út sídan. Lauk þar eptirmáli, at Olafr þótti hafa vaxit af því, at hann lét þar med beini gánga er makligast

---

*) *Nonnulli:* helstrídi.

modum erat affabilis. Nulli Hrefna post Kjartanum viro nupta est. Postqvam ad borealia pervenit, brevi vixit & qvidem ferunt illam præ moerore exstinctam esse.

CAP. LI.

Kjartani funus per unam septimanam Hjardarholti adstabat. Thorsteinus Egilli filius, templum Borgæ exstruxerat; domum itaqve Kjartani corpus secum avexit; ita Kjartanus Borgæ sepultus est: Nuper templum tum erat initiatum atqve adhuc in c a n d i d i s. Jam ad comitia Thornesensia tempus deductum, tumqve Osvivi filiis dies dicta & omnes qvidem capitis damnati, pecunia tamen data impetratum, ut illis commeatum præbere liceret, tamen redire haud permissum, dum aliqvis Olavi filiorum aut Asgeirus, Kjartani filius in vivis essent. Gudlaugi autem, Osvivi ex sorore nepotis, cædes piaculo caruit propterea qvod Kjartanum esset aggressus eiqve insidiatus, neqve Thorolfo ulla concessa honoris restitutio propter ea, qvæ acceperat, vulnera. Olavus Bollium accusari noluit rogavitqve, ut illi cædem pecunia expiare permitteretur. Haldorus hæc ac Steindorus & omnes qvidem Olavi filii ægerrime tulerunt, sibiqve grave futurum affirmarunt, si Bollius in eodem pago moraretur. Olavus hoc, qvamdiu ipse in vivis foret, bene cessurum confirmavit. Navis in Biarnarhafna adstabat, qvæ Auduno erat Festargarmo. Ille in comitiis aderat atqve ita loqvebatur: jam id miserrimum, qvod isti viri haud erunt in Norvagia minus rei, si Kjartani amici ibidem in vivis sunt. Tunc dixit Osvivus: tua, c a t e n a r u m c a n i s! haud rata erunt dicta, mei enim filii a principibus magni æstimabuntur; tu autem, c a t e n a r u m c a n i s! hac æstate a dæmonibus eris ablatus. Audunus Festargarmus ea æstate peregre profectus ad Færeyas fecit naufragium. Ibi omnes mortales interiere, qvi navi infuerant). Tunc Osvivi vaticinium eventu con-*

---

*) *Hic authorem hujus sagæ anachronismum commisisse docet historia Gunnlaugi Vermilingvis, qvem Audunnus Festargarmus anno* 1006 *ad exteros vexit. Circa eundem annum Olavus Pavo naturæ reddidit debitum.*

var, þar er þeir voru Osvífurs synir; en hlífdi Bolla fyrir frændsemis sakir. Olafr þackadi mönnum vel lidveizlu. Bolli hafdi land-kaup í Túngu at rádi Olafs. Þat er sagt at Olafr lifdi III vetr sídan Kiartan var veginn; en sídan er hann var allr, skiptu þeir synir hans arfi eptir hann; tók Haldórr bústad í Hiardarholti. Þorgerdr módir þeirra var med Haldóri; hún var miök heiptar-feingin*) til Bolla, ok þótti sár fóstr-launinn hans ok ómakliga á koma.

CAP. 52.

Þau Gudrún ok Bolli gátu son; þeim sveini var nafn gefit ok kalladr Þorleikr; hann var vænn sveinn snemma, ok vel fliótligr. Haldórr Olafsson bió í Hiardarholti, sem fyrr var ritad; hann var miök fyrir þeim brædrum. Þat var at Kiartan var veginn tók Þorgerdr Egils dóttir vist frændsveini sínum med Þorkeli at Hafratindum**); sveinninn gætti þar fiár um sumarit; hönum var Kiartan miök harmdaudi sem ödrum; hann mátti aldri tala til Kiartans sva at Þorkell væri hiá, þvíat hann mælti jafnan ílla til hans ok kvad hann verit hafa hvítan mann***) ok huglausan, ok hermdi hann opt eptir hvernig hann hafdi vid ordit áverkann. Sveininum vard at þessu illa gétid ok ferr í Hiardarholt ok segir til Haldóri ok Þorgerdi ok bad þau vidtöku. Þorgerdr bad hann vera í vist sinni í vetr. Sveinninn kvadst ei hafa þrótt til at vera þar leingr, ok mundir þú mik ei bidia þessa, ef þú vissir hversu mikla raun ek hefi af þessu. Þá gekst Þorgerdi hugr vid harm-tölur hans ok kvadst mundu láta hönum uppi vist fyrir sína hönd. Haldórr segir: gef ecki gaum sveini þessum þvíat hann er úmerkr. Þá svarar Þorgerdr lítils er sveinn verdr, segir hún, en Þorkeli hefir alls-kostar ílla farit þetta mál; þvíat hann vissi

---

*) *Nonnulli legunt:* "heiptar-þrángin."

**) *Alii:* Hrafnatindum.

***) *Nonnulli:* hriúfan.

firmatum visum est. Osvivi filii eâ æstate peregre profecti, nec qvisqvam eorum postea ad Islandiam unqvam rediit. Ita hœc causa finita, ut Olavo adaucta videretur dignitas, qvum illos gravissime puniret, qvi poenam maximam meruissent, parceret autem Bollio, consangvinitatis gratia. Olavus gratias retulit illis, qvi ei tulerant opem. Bollius Olavo autore agros emit Tungenses. Memoriæ traditum est, Olavum tres hyemes (annos) vixisse post Kjartani cædem. Patre mortuo, filii hæreditatem a patre relictam divisere. Haldorus habitaculum Hjardarholti occupavit. Mater eorum Thorgerda apud Haldorum degit. Acerbum illi fuit in Bollium odium, indigna enim ac injusta visa præmia educationis.

CAP. LII.

Gudruna & Bollius filium genuere; illi filio nomen inditum; nam Thorleikus vocabatur. Brevi ille puer forma ac velocitate præstans. Haldorus, Olavi filius, Hjardarholti habitabat, uti ante memoratum est. Ille inter fratres plerumqve princeps habitus. Vere, qvo Kjartanus interfectus est, cognatum sibi puerum Thorgerda, Egilli filia, apud Thorkellum, Hafratindis, collocavit. Seqvente æstate puer ibi gregem custodivit; Kjartani mortem is uti cæteri multum lugebat. Nunqvam illi, præsente Thorkello, de Kjartano loqvi licitum, ille enim Kjartano semper obtrectavit dicens: pallidum eum virum fuisse ac virtutis expertem, sæpe novissimos motus, qvos in Kjartano, qvum mortiferum vulnus accepisset, comperiverat imitatus. Multum hæc puero displicuere, qvapropter Hjardarholtum pervenit & hæc Haldoro ac Thorgerdæ memoravit rogans, uti se hospitio exciperent. Thorgerda rogavit, ut ea hyeme in suo maneret hospitio. Puer negavit se tam diu ibidem commorari posse, nec, inqvit, hæc me rogares, si scires, qvantam hoc mihi afferret animi ægritudinem. Thorgerdæ illius qverimoniis commotus animus, se illi hospitium, qvantum ad se saltem pertineret, haud denegaturam affirmavit. Haldorus dixit: noli hujus pueri attendere qverimonias, nulla enim illi fides. Thorgerda respondit: hic, inqvit, puer haud multi qvidem æstimandus; Thorkellus autem hac in re se omni pacto turpiter gessit, virorum

fyrirsát Lauga-manna fyrir Kiartani ok vildi ei segia hönum; en gerdi sér af gaman ok skemtan af vidskiptum þeirra, en hefir sídan lagt til mörg óvingiarnlig ord; mun ydr fiarri fara brædrum, at þér munit þar til hefnda leita, sem ofr-efli er fyrir, er þér getid ei launat sín tillög slíkum mannfýlum, sem þorkell er. Haldórr svarar fá hér um, en bad þorgerdi ráda vist sveinsins. Fám dögum sídarr rídr Haldórr heiman ok þeir nockurir menn saman; hann ferr til Hafratinda ok tók hús á þorkeli; var þorkell leiddr út ok drepinn ok vard hann údreingiliga vid sitt líflát; engu lét Haldórr ræna ok fór heim vid sva-búit. Vel lét þorgerdr yfir þessu verki ok þótti minníng siá betri enn engi. þetta sumar var kyrt at kalla ok var þó et fæsta med þeim Bolla ok Olafs sonum; létu þeir brædur et ólmligsta vid Bolla; en hann vægdi í öllu fyrir þeim frændum þess er hann mínkadi sik í engu; því at hann var enn mesti kappsmadr. Haldórr hafdi fiölmennt ok hélt sik ríkmannliga, því at ei skorti fé. Steindórr Olafsson bió á Dunustödum*) i Laxárdal; hann átti þurídi Ásgeirsdóttur, er átt hafdi þorkell Kuggason, þeirra son hét Steindorr, er kalladr var Gróslappi**).

CAP. 53.

Enn nærsta vetr eptir andlát Olafs Höskuldssonar þá sendir þorgerdr Egilsdóttir ord Steindóri syni sínum at álidnum vetri, at hann skyldi koma á fund hennar; ok er þau mædgin hittast segir hún hönum skil á, at hún vill fara heiman ok vestr til Saurbæar at hitta Audi vinkonu sína; hún segir Haldóri, at hann skal fara. þau voru V saman; Haldórr fylgdi módur sinni; fara nú til þess er þau koma fyrir bæinn í Sælíngsdals-túngu; þá sneri þorgerdr hestinum upp at bænum ok spurdi: hvat heitir bærr siá? Haldórr svarar: þess spyrr þú ei af því, módir! at ei vitir þú ádr; siá bærr heitir í Túngu. Hverr býr hér, segir hún?

---

*) *Alii:* "Audunnarstödum." **) *Alii legunt:* "grásleppi," *alii:* "gráslopi."

enim Laugensium insidias cognovit; noluitqve de iis Kjartanum certiorem facere; gaudium vero ac oblectationem coepit ex illorum congressu, et postea qvidem hostilibus dictis plerumqve usus est. Longe sane aberit, uti vos fratres vindictam ibi qværatis, ubi major adest vis, qvum tam sceleratos viros, qvam Thorkellus est, punire neqveatis. Haldorus ad hæc pauca respondit; Thorgerdam autem puerum, si placeret, excipere jubebat. Aliqvot post diebus Haldorus cum nonnullis domo profectus Hafratindos, Thorkelli tecta diruit; extractus deinde Thorkellus domibus ac interfectus, parum fortiter mortem sustinuit. Nihil Haldorus ibi populatus, ita gesta re domum rediit. Hoc facinus Thorgerda collaudavit & illa qvidem vindicta nullâ visa melior. Hac æstate omnia fere qvieta, maximum tamen inter Bollium ac Olavi filios frigus; & fratres qvidem se erga Bollium maxime gesserunt ferociter; Bollius autem cognatis in nulla re cessit, ne in aliqva re videretur inferior; erat enim vir admodum contentiosus. Haldorus magno usus famulitio ac familiaris rei magnificentia, haud enim opes deerant. Steindorus, Olavi filius, Dunustadis in Laxardalo habitabat. Thuridam ille, Asgeiri filiam, qvæ Thorkelli, Kuggi filii, uxor antea fuerat, in matrimonio habuit. Illorum filius fuit Steindorus, qvi Groslappus vocatus est.

CAP. LIII.

Proxima hyeme post Olavi, Höskuldi filii, mortem Thorgerda, Egilli filia, filium suum Steindorum versus finem hyemis, nuntio misso, ad se vocavit, qvumqve mater ac filius congrederentur, dixit illa se domo ad Saurbæum proficisci velle, amicamqve Audam convenire; Haldorum qvoqve sese comitari rogabat; V simul profecti, Haldorus matrem comitatus. Jamqve profecti usqve dum ad villam Sælingsdalstungam pervenirent. Tunc Thorgerda converso versus villam eqvo rogavit, qvid ei villæ esset nomen. Haldorus dixit: hoc qvidem mater haud eam ob causam scitare, qvod non scias antea: hæc villa Tunga vocatur. Illa

hann svarar: veiztu þat, módir! Þá segir Þorgerdr ok blés vid: veit ek at vísu, segir hún, at hér býr Bolli bródur-bani ydvarr, ok furdu úlíkir urdu þér ydrum frændum göfgum, er þér vilit ei hefna þvílíks bródur, sem Kiartan var, ok ei mundi sva gera Egill módur-fadir ydvarr, ok er ílt at eiga dádlausa sonu; ok víst ætla ek ydr til þess betr felda, at þér værit dætur födur ydvars ok værit giptar; kemr hér at því, Haldórr! sem mælt er, at einn er audkvisi*) ættar hverrar, ok sú er mér audsæst**) úgipta Olafs, at hönum glaptist sva miök sona eignin; kved ek þik því at þessu, Haldórr! segir hún, at þú þykist mest fyrir ydur brædrum; nú munum vér aptr-snúa, ok var þetta erendit mest, at minna ydr á þetta ef þér myndit ei ádr. Þá segir Haldórr: ecki munum vér þér þat kenna, módir! þótt oss lídi úr hug þetta; hann svaradi hér fá um ok þó þrútnadi hönum miök módr til Bolla. Lídr nú vetr siá ok er sumar kemr, þá lídr framan til þíngs. Haldórr lýsir þíng-reid sinni ok þeir brædur hans; rída þeir med mikinn flock ok tialda búd þá, er Olafr hafdi átt; var þíngit kyrt ok tídenda-laust. Þeir voru á þíngi Víddælir, synir Gudmundar Sölmundarsonar. Bardi Gudmundarson var þá XVIII vetra gamall; hann var mikill madr ok sterkr. Olafs synir bióda Barda frænda sínum heim med sér ok leggia til þess mörg ord. Hallr Gudmundarson var þá hér á landi. Bardi tók þessu vel, þvíat ástúdigt var med þeim frændum. Rídr nú Bardi vestr af þíngi med þeim Olafs sonum, koma þeir heim í Hiardarholt, ok er Bardi þar um sumarit þat sem eptir var.

CAP. 54.

Nú segir Haldórr Barda í hliódi, at þeir brædur ætla at fara at Bolla ok sögdust ei lengr þola frýu***) módur sinnar; er ecki því at leyna, Bardi frændi! at miök var undir heimbodi vid þik, at vér vildim

*) *Alii:* örkvisi. **) *Alii:* audséd. ***) *Alii:* "frýun" *alii:* "frýunar-ord."

dixit: qvis hîc homo habitat? Ille respondit: hoc tibi notum mater. Thorgerda tum dixit ingemiscens: scio qvidem Bollium hîc habitare, qvi fratrem vestrum interfecit & admodum sane vos nobili estis generi dissimiles, si talis fratris, qvalis Kjartanus fuit, cædem haud vindicare vultis, nec sic qvidem maternus vester avus, Egillus, facere institueret. Molestum qvidem est virtute cassos habere filios & melius qvidem vobis convenisse crederem, si filiæ fuissetis, nuptum jam elocatæ. Jam id probatur, Haldore! qvod in proverbium abiit: a l i q v e m e s s e i n q v a l i b e t g e n t e i g n a v u m. Id mihi Olavi infortunium spectatissimum est, qvod in procreandis filiis se manifestum reddidit. Hujus rei causa te, Haldore! potissimum compello, dixit Thorgerda, qvod tu te inter fratres principem feras. Jam nobis erit revertendum, & hoc mihi potissimum fuit negotii, ut vobis hæc in animum revocarem, si forte memoriæ exciderint. Tunc dixit Haldorus: ejus rei haud te, mater! insimulabimus, si nobis hæc e animis excidant. Haldorus ad hæc pauca respondit, tamen odio in Bollium extumuit. Jam illa præterlapsa hyems ac æstas appropinqvavit, jamqve comitiorum tempus instabat. Haldorus ac illius fratres se ad publica comitia eqvitaturos palam fecere; magno cum comitatu profecti, id tabernaculum, qvod fuerat Olavo, occupavere. Comitiorum tempus qvietum ac sine novis. In comitiis Viddalenses, filii Gudmundi, Sölmundi filii, aderant; Bardius, Gudmundi filius, tum XVIII annos natus, magnæ staturæ vir ac viribus valens. Olavi filii Bardium, cognatum suum, cum multa dictorum comitate, ad se invitavere. Tum Hallus, Gudmundi filius, hic in Islandia aderat; Bardius lætus accepit invitationem, magna enim inter illos cognatos amicitia. Deinde Bardius e comitiis cum Olavi filiis profectus; Hjardarholtum omnes pervenere, ibi mansit Bardius per reliqvum æstatis.

CAP. LIV.

Jam Haldorus Bardium secreto fecit certiorem fratres constituisse Bollium aggredi, nec matris instigationes longius pati. Nec tu, inqvit, celandus, Bardi cognate! multum id nostra invitatione subfuisse,

hér til hafa þitt lidsinni ok brautar-gengi. Þá svarar Bardi: ílla mun þat fyrir-mælast at gánga á sættir vid frændur sína, en í annan stad sýnist mér Bolli torsóttligr, hann hefir mart manna um sik, en er siálfr enn mesti garpr; þar skortir ok ei viturligar rádagerdir, er þau eru Gudrún ok Osvífr; þyki mér vid þetta alt saman ó-audsóttligt. Haldór segir: hins munu vid þurfa, at torvelda ecki þetta mál fyrir oss; hef ek ok þetta ei fyrri upp-kvedit, enn þat mun framgeingt verda, at vér munum til-leita hefndanna vid Bolla; vænti ek ok, frændi! at þú skerist ei undan ferd þessi med oss. Bardi svarar: veit ek at þér mun ósannligt þykia at ek vikiumst undan; mun ek þat ok ei gera, ef ek sé at ek fæ ei latt. Þá hefir þú vel af máli, segir Haldór, sem van var at. Bardi sagdi, at þeir mundu (med rádum) verda at fara. Haldórr kvadst spurt hafa at Bolli hafdi sent heim*) menn sína en suma nordr til Hrútafiardar til skips, en suma út á strönd; þat er mér ok sagt, at Bolli sé at seli í Sælíngsdal, ok sé þar ecki fleira manna enn húskarlar þeir, er þar vinna hey-verk; sýnist mér sva sem ei muni í annat sinn sýnna at leita til fundar vid Bolla enn nú; ok þetta stadfesta þeir med sér Haldór ok Bardi. Madr hét Þorsteinn svarti, hann bió í Hundadal í Breidafiardar-dölum, vitr madr ok audigr; hann hafdi verit lángan tíma vinr Olafs pá; systir Þorsteins hét Solveig; hún var gipt þeim manni, er Helgi hét ok var Hardbeinsson. Helgi var mikill madr ok sterkr ok far-madr mikill, hann var ný-kominn þá út ok var á vist med Þorsteini mági sínum. Haldórr sendir ord Þorsteini svarta ok Helga mági hans; en er þeir komu í Hiardarholt, segir Haldórr þeim ætlan sína ok rádagerd ok bad þá til ferdar med sér. Þorsteinn lét ílla yfir þessi ætlan; er þat enn mesti geigr, at þér frændr skulut drepast nidr á leid framm; eru nú fáir slíkir menn í ydvarri ætt, sem Bolli er; en þó at Þorsteinn mælti slíkt, þá kom fyrir ecki. Haldórr

*) *Alii et qvidem rectius:* "heiman."

qvod tua ad hæc uti vellemus ope ac auxilio. Tunc dixit Bardius: inglorium erit, cum cognatis rumpere pacem, altera tamen ex parte, Bollius videtur impugnatu difficilis; multi enim apud eum mortales degunt, ipse vero fortissimus est vir, nec apud Gudrunam ac Osvifum prudentia desunt consilia. Hanc ob causam mihi omnia difficiliora videntur. Haldorus dixit: alia magis re nobis opus est, qvam uti hujus causæ difficultas nobis adaugeatur. Neqve ego hanc rem prius elocutus sum, qvam animo certe constitutum sit periclitari, in Bollio qværere vindictam & sane exspecto, cognate! te nobiscum proficisci haud detrectaturum. Bardius dixit: bene qvidem intelligo iniqvum tibi visum iri, si ego ire detrectavero, nec ita qvidem facere constitui, si te a proposito dehortari parum cesserit. Tunc bene rem geris, uti a te fuit sperandum, dixit Haldorus. Bardius dixit: illud consulte aggrediendum esse. Haldorus dixit, sese comperisse Bollium qvosdam suorum domum ablegasse, qvosdam vero versus borealia ad navim in Hrutafiördo, qvosdam vero occidentem versus ad maritimam oram. Relatum qvoqve mihi est Bollium in tugurio æstivo in Sælingsdalo commorari, nec ibidem plus præsto esse virorum qvam famulos foenariis operibus intentos, nec ullo alio tempore qvam nunc magis videtur conveniens Bollium adgredi conari. Hæc itaqve inter Haldorum ac Bardium constituta. Thorsteinus erat nomen viro, Ater cognomen, Hundadali in vallibus Breidaffjördensibus habitabat, prudens ille vir ac opibus pollens, diu ille Olavo Pavoni fuerat amicus. Thorsteini sorori Solveiga nomen fuit; uxor illa erat viri, cui nomen Helgius ac Hardbeinus pater. Helgius magnæ erat staturæ vir, ac viribus valens et multum in peregrinationibus. Tum ille nuper ad Islandiam redierat, ac apud Thorsteinum affinem suum hospitabatur. Haldorus Thorsteino Atro ac Helgio illius affini misit nuntium. Qvi ubi Hiardarholtum pervenerunt, Haldorus eos propositum suum, ac institutum omne docuit, rogans ut sese comitarentur. Thorsteinus propositum hoc multum improbavit. Abhorrendum, inqvit, malum est, ut vos cognati mutuis in posterum cœdibus pereatis, pauci enim jam tales viri vestri generis remanent, qvalis Bollius est. Etsi Thorsteinus talia loqvebatur, tamen irrita illius fuere dicta. Haldorus Lambo patruo suo misit nuntium, qvi ubi eum

sendir ord Lamba födur-bródur sínum, ok er hann kom á fund Haldórs, þá sagdi hann hönum ætlan sína. Lambi fýsti miök at þetta skyldi frammgánga. Þorgerdr húsfreya var ok mikill hvata-madr at þessi ferd skyldi takast; kvadst alldri hefnt þykia Kiartans, nema Bolli kæmi fyrir. Eptir þetta búast þeir til ferdar. Í þessi ferd voru þeir Olafs synir IIII, enn Vti var Bardi. Þessir voru Olafs synir: Haldórr ok Steindórr, Helgi ok Höskuldr; (en Bardi var son Gudmundar*); VIti Lambi, VIIdi Þorsteinn, VIIIdi Helgi mágr hans, IXdi Án hrís-magi. Þorgerdr rézt ok til ferdar med þeim; heldr löttu þeir þess ok kvádu slíkt ecki kvenna-ferd. Hún kvadst at vísu fara skyldu; þvíat ek veit giörst um ydr sonu mína, at þurfi þér brýníngina. Þeir segia hana ráda mundu.

CAP. 55.

Eptir þat rída þeir heiman úr Hiardarholti IX saman; Þorgerdr var en X. Þau ridu inn eptir fiörum ok sva til Liárskóga; þat var öndverda nótt; létta ei fyrr enn þau koma í Sælíngsdal, þá er nockut var mornat. Skógr þyckr var í dalnum í þann tíd. Bolli var þar í seli, sem Haldórr hafdi spurt; selin stódu vid ána, þar sem nú heita Bollatóptir. Holt mikit gengr fyrir ofan selit ok ofan at Stacka-gili**); milli hlídarinnar ok holtsins er engi mikit, er í Barmi heitir. Þar unnu húskarlar Bolla. Þeir Haldórr ok hans föru-nautar ridu at Oxna-gróf yfir Ránar-völlu, ok sva fyrir ofan Hamar-engi, þat er gegnt selinu; þeir stíga af baki ok ætludu at bída þess er menn færi frá selinu til verks. Smalamadr Bolla fór at fé snemma um morgininn uppi í hlídinni; hann sá mennina í skóginum ok sva hrossin, er bundin voru; hann grunar at þetta muni ei vera frid-menn, er sva leyniliga fóru; hann stefnir þegar heim et gegsta***) til selsins ok ætlar at segia Bolla kvamu manna. Hald-

---

*) *Verba signis parentheseos inclusa, uti superflua, omittunt Alii.*

) *Nonnulli:* Staka-gili. *) *Alii:* "gegnsta."

convenit Haldorus illi propositum elocutus. Lambius, ut hæc perpetrarentur, multum adhortabatur. Materfamilias qvoqve Thorgerda ad hæc perficienda multum excitavit, negans sibi Kjartani cædem nisi Bollii cæde vindicatam videri. Posthæc se ad iter paravere. Illud iter qvatuor Olavi filii ingressi, qvintus erat Bardius. Olavi filii hi erant: Haldorus, Steindorus, Helgius ac Höskuldus; Bardius autem erat Gudmundi filius; sextus erat Lambius, septimus Thorsteinus, octavus Helgius, Thorsteini affinis, nonus Anus Ventri-virga. Thorgerda qvoqve eos comitata; illis tamen secum ire ei dissvadentibus, negantibusqve mulieribus talia itinera convenire. Illa se vero profecturam affirmavit, hoc enim de vobis, filiis meis, compertum habeo, qvod adhortatione vobis opus est. Tum illi matri hujus rei fecerunt potestatem.

CAP. LV.

Postea Hjardarholto IX una profecti, Xma erat Thorgerda. Illi per regiones maritimas versus interiora eqvitantes, Liáskógos prima nocte pervenerunt, nec priusqvam in Sælingsdalum venissent, constitere. Tum illucescere coeperat. Eo tempore densa in valli erat sylva. Bollius aderat in tuguriis, uti Haldoro relatum fuerat. Tuguria ad flumen adstabant in eo loco, qvi jam Parietinæ Bollianæ vocatur. Celsior supra tugurium collis ad Stackagilum extenditur. Monti ac colli late patentia prata, qvæ Barmus vocantur, interjacent. Bollii ibi famuli operi intenti. Haldorus ac illius comites campos, qvi Ranarvellir dicuntur, transeuntes Öxnagravam adeqvitavere supra ea prata, qvæ Hamareingi dicuntur, tuguriis ex adversus protensa. Ex eqvis descendentes, id tempus, qvo homines e tuguriis ad opera sua egrederentur, exspectare constituerant. Bollii opilio ejus diei matutino tempore in monte pecora secutus, homines in sylva conspexit revinctosqve eqvos. Hos qvidem ita occulto itinere progressos viros haud amicos suspicatus rectâ ad tuguria progressus, Bollio istum referre nuntium de hominum adventu sibi proposuerat. Haldorus oculorum acie præcellens hominem e monte decurrentem, rectâqve ad tuguria tendentem conspexit. Tum ille dixit comitibus, hunc se Bollii opilionem opinari,

ór var skygn madr; hann sér at madrinn hleypr ofan úr hlídinni ok stefndi til selsins; hann segir förunautum sínum, at þat mun vera smalamadr Bolla ok mun hafa sét ferd vara; skulum vér nú gera í móti hönum ok láta hann engri niósn koma til selsins. Þeir gerdu sem hann mælti fyrir. Án hrís-magi vard þeirra skiótastr ok getr farit sveininn*), tekr hann upp ok keyrir nidr; þat fall vard á þá leid, at hryggrinn brotnadi í sundr í sveininum. Sídan ridu þeir at selinu; selin voru II: svefn-sel ok búr. Bolli hafdi verit snemma á fótum um morgininn ok skipat til vinnu, en lagist þá til svefns, er húskarlar fóru í brott. Þau voru II í selinu, Bolli ok Gudrún; þau vöknudu vid dyninn, er þeir hlupu af baki; heyrdu þau ok er þeir ræddu um hverr fyrstr skyldi inn gánga í selit at Bolla. Bolli kendi mál Haldórs ok fleiri þeirra förunauta. Bolli mælti vid Gudrúnu ok bad hana gánga úr selinu í brott, ok segir at sá einn mundi fundr þeirra verda, er henni mundi ecki gaman at verda. Gudrún kvadst hyggia at þau ein tídendi mundi þar verda, at hún mundi siá mega. ok kvad Bolla ecki mundu mein at sér, þótt hún væri nærr hönum stödd. Bolli kvadst þessu ráda vilia, ok svâ var at Gudrún geck út úr selinu; hún geck ofan fyrir breckuna til lækiar þess, er þar féll, ok tók at þvâ lérept sín. Bolli var nú einn í selinu; hann tók vapn sín, setti hiálm á höfut sér, ok hafdi skiöld fyrir sér, en sverdit Fótbít í hendi; enga hafdi hann bryniu. Þeir Haldórr ræda nú um med sér, hversu at skal orka; þvíat engi var fús at gánga inn í selit. Þá mælti Án hrísmagi: eru þeir menn hér í ferd, er Kiartani eru skyldari at frændsemi enn ek; en engi mun sá, at minnisamara muni vera um þann atburd, er Kiartan lézt, enn mér; var mér þat þá í hug, at ek var heim færdr í Túngu údaudr at einu, en Kiartan var veginn, at ek munda feginn vinna Bolla mein, ef ek kæmumst í færi; mun ek fyrst inn gánga í selit. Þá svarar Þorsteinn svarti: hreystimannliga er slíkt mælt; en þó er rádligra at rasa ei fyrir rád framm, ok fari menn nú varliga, því at Bolli mun ei kyrr fyrir standa, er at hönum er sótt; nú þótt hann sé fálidr**) fyrir, þá munu þér þar vân eiga snarprar varnar; þvíat Bolli er bædi sterkr ok vígfimr;

*) *Alii legunt:* "nád sveininum." **) *Alii:* "fálidadr."

suaqve eum itinera conspexisse. Jam, inqvit, huic eamus obviam, nec permittamus illi ad tuguria aliqvem referre nuntium. Illi jussa exsecuti. Anus Ventri-virga eorum velocissimus puerum nactus sustulit humiqve dejecit. Is vero lapsus tali modo fuit, ut puero dorsum perfringeretur. Deinde illi tuguria adeqvitabant. Duo erant tuguria, pro cubiculo alterum, alterum pro penuario. Bollius ea die mane surrexerat, famulosqve ad opera disposuerat, jam vero egressis famulis somno sese dederat. Illi solum duo, Bollius ac Gudruna, in tugurio aderant; illi sonitu suscitati advenientium & ex eqvis desilientium, & qvidem audivere, eos consultantes, qvi primum tugurium ingrediens Bollium adoriretur. Bollius Haldori pluriumqve sociorum vocem cognovit. Bollius Gudrunam allocutus, rogavit, ut tugurio abiret, talem enim fore illum congressum, ut illi haud esset oblectamento futurus. Gudruna ita se opinari contendit, id solum novi ibi gestum iri, qvod sibi conspicere licitum foret, nec se Bollio aliqvid incommodi illaturam, si illi propinqva adstaret. Bollius hujus rei potestatem penes se esse postulavit, & tum qvidem Gudruna illi cedens e tugurio egressa. E clivo descendens, rivulum infima clivi lambentem adiit, coepitqve sua lintea lavare. Jam Bollius solus aderat in tugurio. Armis ille correptis, galeam imposuit capiti, clypeoqve tegit anteriora corporis, gladium vero Pedimorsorem manu gestabat; lorica illi defuit. Jam Haldorus ac socii inter se consultavere, qvo modo foret procedendum, nemo enim lubenter tugurium voluit ingredi. Tunc dixit Anus Ventrivirga: hic quidem adsunt viri, Kjartano magis consangvinitate conjuncti, qvam ego sum; nemo autem melius memoria retinet qvali fato Kjartanus occisus est. Id qvidem tunc cogitavi, qvando Tungam exanimis fere delatus sum, Kjartanus autem interfectus erat, me lubenter Bollio aliqvid mali illaturum, si occasio daretur. Ego itaqve primus ingrediar in tugurium. Tum Thorsteinus Niger respondit: fortiter hæc qvidem dicta, magis tamen svadendum, ne qvid agatur temerarie, & ad omnia caute procedatur, haud enim Bollius immobilis manebit, qvando infestis armis petetur. Qvamvis illi haud multi adsint viri, acerrimam ab eo exspectandam defensionem credo. Bollius enim & fortis est vir & armorum

hefir hann ok sverd þat er örugt er til vapns *). Sídan geingr Án inn í selit hart ok skiótt, ok hafdi skiöldinn yfir höfdi sér ok snéri framm enu miórra. Bolli hió til hans med Fótbít ok af skialdar-spordinn, ok þar med klauf hann Án í herdar nidr, féck hann þegar bana sem van var. Sídan geck Lambi inn; hann hafdi hlíf fyrir sér, en sverd brugdit í hendi. Í því bili kipti Bolli Fótbít úr sárinu ok bar þá af hönum skiöldinn. Þá lagdi Lambi í lær Bolla, ok vard þat mikit sár. Bolli hió í móti á öxl Lamba ok rendi sverdit ofan med sídunni; hann vard þegar úvígr, ok aldri sídan vard hönum höndin meinlaus, medan hann lifdi. Í þessari svipan geck inn Helgi Hardbeinsson, ok hafdi í hendi spiót þat, er álnar var laung fiödrinn ok járni vafit skaptid; en er Bolli sér þat, þá kastar hann sverdinu, en tók skiöldinn tveim höndum ok geck framm at sels-dyrunum í móti Helga. Helgi lagdi til Bolla med spiótinu, í gegnum skiöld-inn ok siálfann hann. Bolli halladist upp at sels-vegginum. Nú þustu menn inn í selit, Haldórr ok brædr hans; Þorgerdr geck ok inn í selit. Þá mælti Bolli: þat er nú rád (ydur) brædrum at gánga nærr, enn hér til; kvadst þess vænta, at þá mundi skömm vörn. Þorgerdr svaradi máli hans ok sagdi ei spara þurfa at vinna örugsliga at vid Bolla; bad þá gánga milli bols og höfuds. Bolli stód þá enn upp vid sels-vegginn ok hélt at sér kyrtlinum, at ei hlypi út idrin. Þá hlióp Steindórr Olafsson at Bolla ok hió til hans med exi á hálsinn vid herdarnar, ok geck þegar af höfudit. Þorgerdr bad hann heilan nióta handa; kvad nú Gudrúnu mundu eiga at búa um rauda skör **) Bolla um hríd. Eptir þetta gánga þeir út úr selinu. Gudrún gengr þá nedan frá læknum ok til tals vid þá Haldór, ok spurdi hvat til tídinda hafdi gerst í skiptum þeirra Bolla. Þeir segia slíkt sem í hafdi gerst. Gudrún var í námkyrtli ***) ok vid vefiar-upplutr þraungr, en sveigr mikill á höfdi; hún hafdi knýtt um sik blæu ok voru í mörk blá ok tröf ****) fyrir enda. Helgi Hardbeinsson geck at Gudrúnu ok tók blæu-endann *****) ok þerdi blód af spiótinu því enu sama, er hann

*) *Nonnulli:* at vapni. **) *Alii:* skó; *alii:* skirtu.
***) *Nonnulli legunt:* hniámkyrtli. *Alii:* Gudrún var svo búin, at hún var í raud-um skarlats-kyrtli ok var vefiar upphlutr &c.
****) *Nonnulli:* "trefiur." *****) *Alii:* blæu-hornit.

usu præcellens, ei qvoqve gladius est ferro acutissimo. Deinde Anus magno cum impetu ac festinatione tugurium ingressus, clypeum supra caput gestans & tenuiora clypei antrorsum vertens. Bollius illum Pedimorsore feriit abstulitqve extremum, qvod prominuit, clypei ipsumque Anum usqve ad humeros diffidit. Nec mirum, si ille statim mortuus est. Lambius deinde ingressus, lorica ille tectus strictum vero gestans gladium manu. In eo momento Bollius Pedimorsorem e vulnere retraxit, tumqve aliqvantum clypeo nudatus, qvapropter Lambius Bollio grave in femur vulnus intulit. Bollius contra Lambium feriit in axillam totumqve hominis latus perstrinxit, nec unqvam postea per reliqvum vitæ tempus manus in integrum restituta. Hoc momento intravit Helgius, Hardbeini filius, manu tenens hastam ferro ulnæ longitudine manubrioque ferro obducto. Qvem ubi Bollius conspexit, demisso gladio clypeum utraque manu prehendens in tugurii fores contra Helgium progressus est. Helgius Bollium hasta petens clypeum ipsumque hominem transfixit. Tum Bollius ad tugurii parietem reclinabatur. Jam cæteri tugurium ingressi: Haldorus ac illius fratres, Thorgerda qvoqve ingressa. Tunc dixit Bollius: jam vobis fratribus svadendum existimo, ut propius accedatis, qvam hucusqve accessistis; haud enim multam jam resistentiam sentietis. Thorgerda illius excepit sermonem, negans, illi esse parcendum, sed sine mora Bollium trucidandum confirmans, statimqve caput a trunco separandum censuit. Bollius adhuc ad tugurii parietem reclinatus plicas tunicæ continuit, ne viscera exciderent. Steindorus tum, Olavi filius, Bollium adortus, collum securi feriit juxta humeros, tumqve caput decidit. Tum Thorgerda: macte virtute! inqvit, Gudrunæ jam aliqvandiu rubros sincipitis Bolliani capillos curandos fore confirmans. Postea tugurio egressi. Tum Gudruna a rivulo ascendens, Haldorum alloqvitur rogans, qvid novi in illorum negotiis cum Bollio gestum esset. Illi rem, uti acta erat, retulere. Gudruna angusta erat indutatunica, cui contiguum erat strophium textum atqve angustum; capite cidarim magnam, antrorsum curvatam, gestabat. Velum, lividis striis distinctum, linteisqve extremitatibus sese circumligaverat. Helgius, Hardbeini filius, Gudrunam adiit & imam veli partem prehendens, hastæ, qva Bollium transfixerat, eo sangvinem

lagdi Bolla í gegnum med. Gudrún leit til hans ok brosti vid. Þá mælti Haldórr: þetta er illmannliga gört ok grimmliga. Helgi bad hann ei þat harma *); þvíat ek hygg þat: at undir þessu blæu-horni búi minn höfuds-bani. Sídan tóku þeir hesta sína ok ridu í brott. Gudrún geck á veg med þeim ok taladi vid þá um hríd. Sídan hvarf hún aptr.

CAP. 56.

Þat ræddu þeir förunautar Haldórs, at Gudrúnu þætti lítid dráp Bolla, er hún slóst á leidi-ord vid þá, ok átti alt tal vid þá svâ sem þeir hefdi ecki at-gört þat er henni væri í móti skapi. Þá svarar Haldórr: ecki er þat mín ætlan at Gudrúnu þyki lítid lát Bolla; hygg ek at henni gengi þat meirr til leidi-ords vid oss, at hún vildi vita sem görst hverir menn hefdi verit í þessi ferd; er þat ok ecki ofmæli at Gudrún er miök fyrir ödrum konum um allan skörúngskap; þat er ok eptir vânum at Gudrúnu þyki mikit lát Bolla; þviat þat er satt at segia, at eptir slíka menn er mestr skadi, sem Bolli var, þó at vér frændr bærim ei giptu til samþyckis. Eptir þetta rída þeir heim í Hiardarholt. Þessi tídendi spyriast brátt vída ok þóttu mikil; var Bolli et mesta harmdaudi. Gudrún sendi þegar menn á fund Snorra Goda; þvíat þar þóttust þau Osvifr eiga alt traust er Snorri var. Snorri brá vid skiótt ordsendíng Gudrúnar ok kom í Túngu vid LX. manna. Gudrún vard fegin kvâmu hans. Hann baudst til at leita um sættir; en Gudrúnu var lítid um þat, at játa því fyrir hönd Þorleiks, at taka fé fyrir víg Bolla; þycki mér þú, Snorri! þat lidsinni mér mest veita, segir Gudrún, at þú skiptir bústödum vid mik, svâ at ek siti ei samtýniss vid þá Hiardhyltínga. Í þenna tíma átti Snorri deilur miklar vid þá Eyrbyggia. Snorri kvadst þetta mundu gera fyrir vinfengis sakir vid Gudrúnu; en þó muntu, Gudrún! þessi missari verda at búa í Túngu. Býst nú Snorri í brott ok gaf Gudrún hönum virdu-

*) *Alii:* herma.

abstersit. Subridens eum Gudruna aspexit. Tunc dixit Haldorus: malum hoc ac crudele facinus. Helgius illum id indignari vetuit, ego enim, inqvit, opinor sub hoc velo meam parari necem. Deinde eqvis adductis inde vecti sunt. Gudruna eos aliqvantum comitata & per aliqvot tempus cum illis collocuta. Deinde reversa est.

CAP. LVI.

Haldori comites de eo multum locuti, qvod Gudruna adeo parum Bollii nece contristaretur, qvum eos comitata ac cum illis locuta esset, ac in toto colloqvio se ita gessisset, uti illam nulla re offendissent. Tunc Haldorus respondit: haud ego qvidem ita opinor Gudrunam Bollii morte parum esse commotam; eam ob rem illam potius nobiscum in via locutam esse autumo, qvod exacte scire voluit, qvi homines in nostra cohorte adessent; nec ejus rei nimis celebris fama est: Gudrunam multum alias mulieres omnis generis magnanimitate præcellere. Nec mirum, si Gudruna Bollii morte multum permovetur; talium enim vero virorum, qvalis fuit Bollius, mors maxime est fatalis, et si iniqvum fatum nos cognatos haud amicos esse voluit. Postea Hjardarholtum domum revertebantur. Harum rerum nuntius cito late divulgatus, multum animos commovens. Et Bollii qvidem mors maxime fuit lugubris. Gudruna statim Snorroni Antistiti misit nuntios, nam inde sibi illa ac Osvifus omne auxilium speravere. Snorro Gudrunæ nuntio statim excitatus cum LX Tungam pervenit. Gudruna ejus adventu multum lætata. Ille suam operam obtulit ad animos reconciliandos; Gudrunæ autem parum placuit, Thorleiki filii nomine, pecuniam pro Bollii nece acceptare. Hoc mihi, inqvit, Snorro! maximi momenti ferre posses auxilium, si habitacula mecum commutares, ne mea Hjardholtensibus contigua sint domestica prata. Hoc tempore Snorroni cum Eyrbyggis acerbæ fuere contentiones. Snorro propter amicitiam Gudrunæ se ita facturum promisit; proximo tamen anno Gudrunæ Tungæ habitandum fore confirmavit. Jam Snorro abire paravit honorificis muneribus a Gudruna donatus. Jam Snorro domum eqvo vectus et proximis qvidem annis omnia fere qvieta. Hyeme post Bollii mortem sequente

ligar giafir. Rídr nú Snorri heim, ok var kyrt at kalla þau missari. Enn næzta vetr eptir víg Bolla fæddi Gudrún barn, þat var sveinn, sá var Bolli nefndr; hann var snimma mikill ok vænn, Gudrún unni hönum mikit; ok er vetr sá lídr af ok vâr kom, þá ferr framm kaup þat sem rædt hafdi verit, at þau myndi kaupa um lönd Snorri ok Gudrún; rédst Snorri í Túngu ok bió þar medan hann lifdi. Gudrún ferr til Helgafells ok þau Osvífr, ok setia þar bú saman rísuligt; vaxa þar upp synir Gudrúnar Þorleikr ok Bolli. Þorleikr var þá IIIIra vetra gamall er Bolli var veginn fadir hans.

CAP. 57.

Madr hét Þorgils ok var Hölluson, en því var hann kendr vid módur sína, at hún lifdi lengr enn fadir hans; hann hét Snorri ok var sonr Álfs úr Dölum. Halla módir Þorgils var dóttir Gests Oddleifssonar. Þorgils bió í Hördadal á þeim bæ, er í Túngu heitir. Þorgils var mikill madr ok vænn ok enn mesti ofláti; engi var hann kalladr jafnadar-madr; opt var heldr fátt med þeim Snorra goda; þótti Snorra Þorgils hlut-giarn ok áburdar-mikill. Þorgils gaf sér mart til erenda út í sveitina, hann kom jafnan til Helgafells ok baud sik til umsýslu med Gudrúnu. Hún tók á því vel at eins ok lítid af öllu. Þorgils baud heim Þorleiki syni hennar ok var hann laungum í Túngu ok nam lög at Þorgilsi, þvíat hann var lögkænn madr. Í þenna tíma var í förum Þorkell Eyólfsson, hann var frægr madr ok kynstórr ok var hann mikill vin Snorra goda; hann var ok jafnan med Þorsteini Kuggasyni frænda sínum, þá er hann var út hér; ok eitt sinn er Þorkell var úti hér ok átti skip uppi standandi í Vadli á Bardaströnd, þá vard atburdr sá í Borgarfirdi, at son Eids úr Ási var veginn af sonum Helgu frá Kroppi; hét sá Grímr er vegit hafdi, en bródir hans Niáll; hann druknadi í Hvítá litlu sídar, en Grímr vard sekr

Gudruna partum enixa eundemqve puerum; ille Bollius vocatus est. Brevi ille staturæ ac formæ præstantia excelluit; intimo illum Gudruna fovebat amore. Hac autem hyeme præterlapsa ac vere appropinqvante rata facta illa pactio, de qva antea fuerat deliberatum, nempe qvod Snorro ac Gudruna habitacula commutarent. Snorro Tungam migravit ibiqve ad summum usqve habitabat diem. Gudruna ac Osvifus Helgafellum migrarunt, ac magnificam ibi domesticam instruxere rem. Ibi Gudrunæ filii Thorleikus ac Bollius adoluere. Thorleikus qvatuor erat annos natus, qvum pater ejus Bollius interficeretur.

CAP. LVII.

Thorgilsus erat nomen viro, Halla vero mater; eam autem ob rem matris retinuit nomen, qvod illa patris fuit superstes. Patris autem nomen Snorro fuerat, qvi filius Alfi Dalensis. Halla, Thorgilsi mater, filia fuit Gésti, Oddleyfi filii. In Hördadalo Thorgilsus habitabat, in villa Tunga vocata. Thorgilsus magna erat statura ac formosa, sed insolentius se extulit et de inæqvitate minus commode audivit; sæpius inter eum et Snorronem parum freqvens erat familiaritas; ille enim huic visus alienis negotiis se admiscendi studiosus et nimis lauto uti vestium habitu. Thorgilsus multa sibi in pago negotia fingens sæpe Helgafellum adiit suamqve operam Gudrunæ exhibuit. Læta hoc Gudruna qvidem accipiens, in plerisqve tamen illius opera parum usa. Thorgilsus Thorleikum, illius filium, ad se invitavit, multumqve ille Tungæ morabatur, legibus studens, Thorgilsus enim legum erat peritus. Hoc tempore Thorkellus Ejolfi filius, multum fuit in peregrinationibus, vir et per se & genere illustris ac in Snorronis antistitis intima amicitia. Crebrum illi qvoqve apud Thorsteinum, Kuggi filium, hospitium, qvando hac in terra adesset. Et aliqva vice, qvum Thorkellus hic (in Islandia) moraretur, navisqve illi esset, adstans Vadlis in Bardastranda, id novi in Borgarfiördo accidit, ut filius Eidi de Aso interficeretur ab Helgæ Kroppensis filio, cui Grimus nomen, frater autem Nialus; hic aliqvanto post in flumine Hvitá submersus; Grimus autem exilio damnatus propter hanc cædem,

skógar-madr um vígit ok lá hann út á fiöllum, er hann var í sektinni; hann var mikill madr ok sterkr. Eidr var þá miök gamladr er þetta var tídenda; vard af því at þessu giörr engi reki. Miök lögdu menn til ords Þorkeli Eyólfssyni, er hann rak ei þessa réttar. Um varit eptir, þá er Þorkell hafdi búit skip sitt, ferr hann sudr um Breidafiörd, ok fær sér þar hest ok rídr einnsaman, ok léttir ei ferdinni fyrr enn hann kemr í Ás til Eids frænda síns. Eidr tók vid hönum feginsamliga. Þorkell segir hönum sitt erendi, at hann vill leita til fundar vid Grím skógarmann háns; spyrr þá Eid ef hann vissi nockut til hvar bæli hans mundi vera. Eidr svaradi: ecki em ek þess fúss; þyki mér þú miklu til hætta, hversu ferdin tekst, en at eiga vid heliarmann slíkan, sem Grímr er; ef þú vill fara, þá far þú vid marga menn, svâ at þú eigir alt undir þér. Þat þyki mér engin frami, segir Þorkell, at draga fiölmenni at einum manni; en þat vilda ek, at þú lédir mér sverdit Sköfnung, ok vænti ek þá, at ek skyla bera af einhleypíngi einum, þótt hann sé vel at sér búinn. Þú munt þessu ráda, sagdi Eidr, en ecki kemr mér þat á úvart, þóttú idrist eitthvert sinn þessa einrædiss; en med því at þú þykist þetta gera fyrir mínar sakir, þá skal þér ei þessa varna, er þú beidir, þvíat ek ætla Sköfnúng vel nidr-kominn, þóttú berir hann; en sú er náttúra sverzins, at ei skal sól skína á hiöltin, ok hönum skal ei bregda svâ at konur sé hiá; ef madr fær sár af sverdinu, þá má þat sár ei græda, nema lýfsteinn sá sé ridinn vid, er þar fylgir*). Þorkell kvadst þessa ætla vandliga at gæta, ok tekr vid sverdinu. Eidr kvadst þat helzt ætla, at Grímr ætti bæli nordr á Tvídægru**) vid Fiski-vötn. Sídan rídr Þorkell nordr á heidina þá leid, er Eidr vísadi hönum, ok er hann sótti á heidina miök lángt, sér hann hiá vatni einu miklu skála ok sækir þángat til.

CAP. 58.

Nú kemr Þorkell til skálans, ok sér hann þá hvar madr sitr vid vatnit vid einn lækiar-ós ok dró fiska; sá hafdi feld á höfdi. Þorkell

*) Præterea de hujus, passim in historiis memorati, ensis natura legitur in vita Kórmaki.

**) *Tvídægra* (ɔ: iter, qvod binos exigit dies) nominatur desertum qvoddam, vastum et lacubus obsitum piscosis, qvod inter tesqva toparchias, Hunavatnensem nempe et Myrrensem, interjacentia numeratur.

sub divo in montibus degit, dum esset in exilio. Magnæ ille staturæ vir ac fortis. Eidus ætate erat admodum provectus, qvum hæc gererentur, qvapropter nulla qværebatur hujus cædis vindicta. Multum illud Thorkello, Eyolfi filio, vitio versum, qvod illam cædem haud vindicare studeret. Seqvente vere, qvum Thorkelli erat parata navis, meridiem versus Breidafiördum trajecit; eqvo ibi comparato solus inde vehitur haud intermisso itinere anteqvam Asum ad cognatum suum Eidum perveniret. Lætus illum Eidus excepit. Thorkellus ei negotium suum memoravit: velle se exulem sylvestrem Grimum convenire; tumqve Eidum rogavit: an qvid sciret, ubi illius esset latibulum. Eidus respondit: haud hæc mihi multum placent, nam magnum videris tibi periculum facessere hoc itinere suscipiendo; Grimus enim immanis est vir; si vero proficisci cupis, multos tecum habeas comites, ut totius rei penes te arbitrium sit. Thorkellus, inglorium mihi, inqvit, videtur magna hominum multitudine unum aggredi virum. Sane autem cuperem, ut ensem mihi Sköfnungum traderes, tum enim unum me solitarium, magnæ licet strenuitatis, superaturum spero. Hujus rei potestas penes te qvidem erit, dixit Eidus, haud tamen mihi erit in exspectatum, si te tuæ pervicaciæ aliqvando poenitebit. Verum tamen cum hæc mea caussa te suscipere autumes, nolo tibi hac in re negotia perhibere, nec, qvæ postulas, denegare; nam bene convenire existimo, uti tu Sköfnungum geras. Talis autem gladii natura est: capuli globulus a solis radiis conservandus est, nec stringi debet gladius in mulierum conspectu. Siqvis ab eodem vulnus acceperit, non potest illud sanari, nisi applicato vitali illo lapide, qvi gladio inest. Thorkellus se hæc monita bene conservaturum promisit. Eidus se potissimum autumare affirmavit: Grimo latibulum esse in desertis Tvidægra dictis ad Fiskivötn. Deinde Thorkellus borealia versus in deserta profectus, qvâ Eidus illi indicaverat, et qvum longum jam in illis iter emensus esset, in qvodam loco magnum tugurium conspexit, atqve eo tendit.

CAP. LVIII.

Jam Thorkellus ad tugurium pervenit, conspexitqve hominem lacui adsidentem ad rivuli cujusdam ostium, captandis piscibus intentum.

ego vero ne segmentum qvidem cubitale illis demam, nec mihi opera nec robur deerit ad alia ligna comparanda. Tunc respondit rex et multa qvidem cum modestia: tu vero, Thorkelle! vir magni sane æstimandus, verum & jam videris animi nimius; haud enim coloni filius citra arrogantiam nobiscum contendere potest; id autem haud verum est, me tibi ligna invidere, si tibi ex iisdem templum ædificare contingeret; nunqvam vero illud templum erit tam amplum, ut tua eo superbia comprehendatur; ad meam vero opinionem propius accedit, horum lignorum haud multum usum fore, nec te humanum qvicqvid opus inde confecturum. Posthæc colloqvio finito discessere. Deinde rex abiit & compertum qvidem est, eum haud sane probasse, qvod Thorkellus ejus jussa nullius penderet, etsi rex haud multum talem revelavit animum. Inde multo cum amore discessere. Thorkellus navim conscendit, vela dedit in altum, secundoqve usus vento brevi iter perfecit. Thorkellus navi Hrutafiördum intravit; inde domum Helgafellum eqvo vehitur. Omnes illius adventu lætati sunt. Multum Thorkellus hoc itinere sibi auxerat gloriam. Navim deinde curavit subducendam atqve in tutum redigendam, lignaqve, qvæ templi ædificationi erant destinata, custodienda. Thorkellus hac hyeme domi remansit familiarem curans rem. Multi apud eum degere mortales. Omnia ea hyeme magnifice instruebantur, Gudruna haud adversante, verum eum esse pecuniæ usum, ut ad homines illustres reddendos adhiberetur confirmante; nam illæ paratæ semper qvidem erant res, qvæ a Gudruna ad sumtus magnificentiam reqvirebantur. Ea hyeme Thorkellus multas res pretiosas, qvas secum advexerat, amicis suis impertitus est.

CAP. LXXV.

Post hujus hyemis julense festum, Thorkellus domo profectus borealia versus in Hrutafiördum, ut inde sua apportaret ligna; ad interiora Dalorum eqvo primum vehitur, inde Liarskogos ad cognatum suum Thorsteinum, ut sibi homines ac eqvos compararet. Inde borealia versus ad Hrutafiördum ire pergit & aliqvantum temporis ibi moratus est, futurum iter instruens. Ibi in pago a sinu denominato eqvos collegit, noluit

farar at gera ef svâ mætti takast; vard þetta ecki skiótt. Þorkell var í starfi þessu framm á lánga-föstu; hann kemr þessu starfi til vegar; hann dró vidinn nordan meirr enn á XX hestum*), ok lætr liggia vidinn á Liá-eyri, sídan ætladi hann at flytia á skipi út til Helgafells. Þorsteinn átti feriu mikla, ok ætladi Þorkell þat skip at hafa, þá er hann færi heimleidis. Þorkell var í Liárskógum um föstuna, þvíat ástúdigt var med þeim frændum. Þorsteinn ræddi vid Þorkel at þat mundi vel hendt at þeir færi í Hiardarholt, vil ek fala land at Haldóri, þvíat hann hefir lítid lausa-fé, sídan hann galt þeim Bolla sonum í födurbætr; en þat land er svâ, at ek vilda helzt eiga. Þorkel bad hann ráda; fara þeir heiman ok voru saman vel XX menn, þeir koma í Hiardarholt, tók Haldórr vel vid þeim ok var enn mál-reifasti; fátt var manna heima, þvíat Haldórr hafdi sent menn nordr í Steingríms-fiörd; þar hafdi komit hvalr er hann átti. Beinir enn sterki var heima, hann einn lifdi þá þeirra manna, er verit höfdu med Olafi födur hans. Haldórr hafdi mælt til Beinis, þá er hann sá reid þeirra Þorsteins: giörla skil ek erendi þeirra frænda; þeir munu fala land mitt at mér, ok ef svâ er, þá munu þeir heimta mik á tal, þat get ek at á sína hönd mér setist hvârr þeirra, ok ef þeir bióda mér nockurn ómaka, þá vertú ei seinni at ráda til Þorsteins, enn ek til Þorkels; hefir þú lengi verit trúr oss frændum, ek hefi ok sent á ena næztu bæi eptir mönnum; vilda ek at þat hæfdist **) miök á at lid þat kæmi ok vér slitim talinu. Ok er á-leid daginn ræddi Þorsteinn vid Haldórr, at þeir skyldu gánga allir saman á tal; eigum vér erendi vid þik. Halldór kvad þat vel fallit. Þorsteinn mælti vid förunauta sína, at ecki þyrfti þeir at gánga med þeim; en Beinir geck med þeim ecki at sídr, þvíat hönum þótti miök eptir því fara sem Haldórr gat til; þeir gengu miök lángt á brott í

---

*) *Nonnulli:* XXX hestum. **) *Alii:* stædist.

enim Thorkellus plura facere itinera, si id talimodo fieri posset. Hæ qvidem haud cito perfectæ sunt res. Thorkellus his negotiis ad tempus usqve qvadragesimale intentus fuit, deniqve tamen ad finem perducta sunt. Ligna a boreali parte plusqvam viginti eqvis adportavit, in Liá-eyra autem deposuit. Inde navi ligna Helgafellum transportare statuerat. Thorsteino magna erat scapha, qva Thorkellus uti constituerat, qvum domum iter faceret. Thorkellus per ferias esuriales Liarskogis hospitabatur; magna enim ei cum cognato suo amicitia. Thorsteinus cum Thorkello locutus utile sibi fore affirmavit, si ambo Hjardarholtum una adirent. Volo enim, inqvit, agrum ab Haldore emendum petere, haud enim illi multa sunt ruta cæsa, postqvam Bollii filiis pro paterna cæde mulctam solvit. Hic vero ager talis est, qvalem ego maxime possidere cuperem. Thorkellus hujus rei liberam ei fecit potestatem. Domo inde profecti numero aliqvantum supra XX, Hjardarholtum pervenere. Comiter eos Haldorus excepit, & in colloqvendo minime parcus erat. Domi haud multum aderat hominum, nam Haldorus suos borealia versus in Steingrimsfiördum miserat, ibi enim balæna, qvæ illi fuit, in terram ejecta erat. Beinerus Fortis aderat domi; ille solus mortalium, qvi apud patrem Olavum degerant, adhuc in vivis fuit. Conspectis Thorsteino ac Thorkello advenientibus Haldorus Beinerum ita fuerat allocutus: ego qvidem cognatorum bene perspicio negotium. Illi petent ut meum illis fundum vendam, qvod si evenerit, me ad colloqvium secum evocabunt & qvidem opinor mihi ad utrumqve latus consessuros; si vero me aliqva molestia afficient, tum tu haud supersedeas Thorsteinum adoriri, ego vero Thorkellum aggrediar. Tu nobis cognatis diu fidus fuisti & ego jam ad proximas villas misi nuntios ad homines colligendos. Et sane vellem, ut eodem fere tempore accideret eorum adventus ac finis colloqvii. Vergente autem die Thorsteinus rogavit Haldorum, ut secum atqve Thorkello veniret ad colloqvium. Tecum enim, inqvit, nobis negotium est. Haldorus hoc bene sibi convenire affirmavit. Thorsteinus dixit suis, haud necessum esse, ut illos seqverentur. Beinerus autem nihilominus secutus est, multum enim illi visum eventu probatum, qvod Haldorus jam divinaverat. Multum a villa

túnid, Haldórr hafdi yfir sér samda (saumada) skickiu ok á nist [1]) laung sem þá var tídt. Haldórr séttist nidr á völlinn, en á sína hönd hönum hvârr þeirra frænda [ok þeir settust náliga á skickiuna [2]); en Beinir stód yfir þeim ok hafdi exi mikla í hendi. Þá mælti Þorsteinn: þat er erendi mitt híngat, at ek vil kaupa land at þér; legg ek þetta því nú til umrædu, at nú er Þorkell frændi minn vid; þætti mér ockr þetta vel hent, þvíat mér er sagt at þú hafir ógnóglig [3]) lausa-fé en land dýrt undir, mun ek gefa þér í móti þá stadfestu [4]) at sæmilig sé ok þar í milli sem vér verdum ásáttir. Haldórr tók ecki svâ fiarri í fyrstu ok inntust þeir til um kaupakosti, ok er þeim þótti hann ecki fiarri taka, þá feldi Þorkell sik miök vid umræduna ok vildi saman-færa med þeim kaupit. Haldórr dró þá heldr fyrir þeim, en þeir sóttu eptir því fastara, ok þar kom um sídir, at þess firr var er þeir gengu nærr. Þá mælti Þorkell: sér þú ei, Þorsteinn frændi! hversu þetta fer? Haldórr hefir þetta mál dregit fyrir oss í allan dag, en vér höfum setid hér at hégóma hans ok ginníngum; nú ef þér er hugr á land-kaupi, þá munum vér verda at gánga nærr. Þorsteinn kvadst þá vilia vita sinn hluta; bad nú Haldórr úr skugga gánga hvârt hann vildi unna hönum land-kaupsins. Haldórr svarar: ek ætla at ecki þurfi at fara myrkt um þat, at þú munt kauplaust heim fara í kveld. Þá sagdi Þorsteinn: ek ætla ok ecki þurfa at fresta því, at kveda þat upp, er fyrir er hugat, at þér eru II kostir hugdir, þvíat vér þykiumst eiga undir oss hærra hlut fyrir lidsmunar sakir; er sá kostr annarr, at þú gerir þetta mál med vild ok haf þar í mót vinfengi vârt; en sá er annarr at sýnu er verri, at þú rétt naudigr fram höndina ok handsala mér Hiardarholts land. Nú þá er Þorsteinn mælti svâ framt, þá sprettr Haldórr upp svâ hart at nistin rifnadi af skickiunni ok mælti: verda mun annat fyrr enn ek mæli þat er ek vil ei. Hvat mun þat, spyrr Þorsteinn? bol-exi mun standa í höfdi þér af enum vesta manni ok steypa [5]) svâ ofsa þínum ok

[1]) *Alii:* just laung o: lángar ermar.
[2]) *Nonnulli:* svo nærr, at skikkja hans vard undir þeim.
[3]) *Alii:* lítit.
[4]) *Nonnulli:* land odýrra ok þar med medalauka svo mikinn sem ockr semr.
[5]) *Nonnulli ita:* þat at öxi standi í höfdi þér, Þorsteinn! hinum vesta manni ok steypa &c.

illi in viridarium processere. Haldorus toga suta, longa prædita fibula, uti tum multum in usu fuit, indutus erat. Haldorus in agro consedit & uterqve cognatorum illi ad suum qvisqve latus & in ipso fere togæ consedere sinu, Beinerus autem propinqvus adstabat magnam manu securim gestans. Tunc dixit Thorsteinus: id mihi tecum negotii est, qvod fundum a te coemere volo; hujus rei hac vice ea de causa mentionem facio, qvod Thorkellus cognatus meus jam adest; hoc utriqve nostrum bene convenire videtur; relatum enim mihi est, te rebus egere mobilibus; magni vero pretii agrum possides. Ego tibi dabo habitaculum honestum tantumqve addam pecuniæ, qvantum inter nos convenerit. Haldorus primo haud illi multum adversabatur, jamqve de hujus negotii pactis agi coepere, qvumqve Haldorus haud omnino illis adversari videretur, Thorkellus ad sermonem eorum se applicuit et pactionem ad liqvidum perducere studuit. Tunc Haldorus rem differre studere illi vero tanto acrius instare; eo vero deniqve res deducta est, ut ille tanto obstinacius adversaretur qvanto illi insisterent vehementius. Tunc dixit Thorkellus: non vides, Thorsteine cognate! qvo hæc cedat res? Haldorus per totam diem hanc rem nobis distulit, nos vero illius nugas ac allectationem exspectavimus. Jam si fundum emere tibi in animo est, propius erit accedendum. Thorsteinus tum rei eventum scire postulavit rogavitqve ut Haldorus haud amplius dissimularet an ille fundum vellet venum dare. Haldorus respondit: haud ego hoc celandum existimo, te hoc vespere sine agro emto domum reversurum. Tunc dixit Thorsteinus: nec ego amplius differendum existimo, id qvod constitutum est proloqvi: nam tibi sunt duæ conditiones destinatæ & enim propter virium discrimen hujus rei potestatem penes nos esse arbitramur; altera conditio illa est, uti hanc rem lubenter perficias, nostramqve amicitiam adipiscare, altera vero multo deterior: ut coactus porrecta manu mihi fundum Hjardarholtensem tradas. Qvumqve Thorsteinus tantum verbis minitaret, subito Haldorus surrexit tanto cum impetu, ut togæ fibula dirumperetur: ita locutus: aliæ res prius evenient qvam ego id proloqvar, qvod mihi haud placeat. Qvæ tum? qværebat Thorsteinus. Haldorus respondit: ascia tibi, homini pessimo, capiti infixa hærebit atqve ita exturbabit violentiam tuam

ujafnadi. Þorkell svaradi: þetta er ílla spád ok væntum vér at ei gángi eptir, ok ærnar kalla ek nú sakir til, þóttú, Haldórr! látir land þitt ok hafir ei fé fyrir. Þá svarar Haldórr: fyrr muntu spenna um þaungulshöfud á Breidafirdi, enn ek handsala naudigr land mitt. Haldórr gengr nú heim; eptir þetta þá drífa menn at bænum þeir er hann hafdi eptir sendt. Þorsteinn var en reidasti ok vildi þegar veita Haldóri atgaungu. Þorkell bad hann ei þat gera, ok er þat en mesta úhæfa á slíkum tídum, en þegar þessi stund lídr af, þá mun ek ecki letia at oss lendi saman. Haldórr kvadst þat ætla at hann mundi aldri vanbúinn vid þeim. Eptir þetta ridu þeir í brott ok ræddu margt um ferd þessa med sér. Þorkell mælti, kvad þat satt vera at þeirra ferd var en dáligsta, eda hví vard þér svâ bilt, Þorkell frændi! at ráda til Haldórs ok gera hönum nockura skömm? Þorkell svaradi: sáttu ei Beini, er hann stód yfir þér med reidda exina? ok var þat en mesta ófæra, þvíat þegar mundi hann keyra exina í höfut þér er ek gerdi mik líkligann til nockurs. Rída þeir nú heim; lídr nú föstunni ok kemr en efsta vika.

CAP. 76.

A skír-dag snemmindis um morguninn býst Þorkell til ferdar. Þorsteinn latti þess miök, þvíat mér lízt vedr ótrúligt, sagdi hann. Þorkell kvad vedr duga mundu et bezta ok skaltú nú ecki letia mik, frændi, þvíat ek vil heim fyrir páskana; nú setr Þorkell framm feriuna ok hlód. Þorsteinn bar jafnskiótt af utan sem Þorkell hlód ok þeir förunautar hans. Þá mælti Þorkell: hættú nú, frændi! ok hept ecki ferd vâra; ei fær þú nú rádit þessu at sinni. Þorsteinn svaradi: sá ockar mun nú ráda, er verr mun gegna, ok mun til mikils draga um ferd þessa. Þorkell bad þá heila hittast. Gengr Þorsteinn nú heim ok er ókátr miök; hann gengr til stúfu ok bidr leggia undir höfud sér ok svâ var giört; gridkonan sá at tárin runnu ofan

& iniqvitatem. Thorkellus respondit: talia haud bona vaticinia sunt, nec eventu rata futura speramus, jamqve te Haldore! sat criminis commisisse judico, etsi nulla accepta pecunia agrum amitteres. Tunc Haldorus respondit: tu prius fuci capitulum in Breidafiördo amplectere, qvam ego agrum invitus porrecta manu tradam. His dictis Haldorus domum abiit. Tum freqventes ad villam convenere, qvos nuntio ad se evocaverat. Thorsteinus ira valde succensus Haldorum confestim adoriri voluit; Thorkellus rogavit, ne ita faceret et talia eo tempore instituere nefas esse dixit. Hoc autem, inqvit, tempore transacto, haud ego tibi occurrere detrectabo. Haldorus dixit: nunqvam sibi eorum adventum inexspectatum fore. Post hæc eqvis inde vecti de hoc negotio multa inter se loqvebantur: Thorsteinus eorum iter maxime qvidem inglorium affirmavit; verum, inqvit, cur tibi, Thorkelle cognate! adeo visum terribile, Haldorum adoriri, atqve illi aliqvam inferre ignominiam? Thorkellus respondit: tune Beinerum sublata securi tibi adstantem conspexisti? Hæc qvidem periculosissima erat res; nam extemplo securi tibi caput percussisset, si aliqvam vim inferre voluissem. Inde domum redibant, jam tempus qvadragesimale præteribat, & ultima ejus septimana appropinqvabat.

CAP. LXXVI.

Matutino tempore diei qvintæ hebdomadis antepascalis Thorkellus proficisci paravit, Thorsteino multum dehortante atqve dicente: tempestati mihi videtur haud multum fidendum. Thorkellus tempestatem maxime faustam fore affirmavit, nec, inqvit, tu memet dehortares, cognate! nam ante festum paschatos domum pervenire cupio. Deducta tum scapha Thorkellus eandem oneravit; Thorsteinus vero, qvæcunqve Thorkellus ejusqve socii navi importavere, statim extulit. Tunc dixit Thorkellus: jam desistas, cognate! nec mihi iter impedias, nam hujus rei arbitrium hac vice haud tibi permittetur. Thorsteinus respondit: arbitrium jam penes illum erit, qvi minus fausta consulat & hoc qvidem iter haud sine magno erit eventu. Thorkellus optavit, ut salvi rursus convenirent. Inde Thorsteinus valde tristis domum rediit, intravitqve cubiculum, rogans, ut pulvinar capiti substerneretur,

á hægindit úr augum hönum; en litlu sídarr kom vinds-gnýrr mikill á stúfuna. Þá mælti Þorsteinn: Þar megum vér nú heyra gnýa bana Þorkels frænda. Nú er at segia frá ferd Þeirra Þorkels: Þeir sigla um daginn út eptir Breidafirdi ok voru X á skipi, vedr tók at hvessa miök ok gerdi en mesta storm ádr létti; Þeir sóttu knáliga ferdina, ok voru Þeir menn enir röskustu. Þorkell hafdi med sér sverdit Sköfnúng ok var Þat í stocki. Þeir Þorkell sigla Þar til er Þeir komu at Biarnarey, sáu menn ferdina af hvârutveggia landinu, en er Þeir voru Þar komnir, Þá laust hvidu í seglit ok hvelfdi skipinu. Þorkell druknadi Þar ok allir Þeir menn er med hönum voru; viduna rak vída um eyar, horn-stafina rak í Þá ey, er Staf-ey heitir sídan. Sköfnúngr var festr vid inn-viduna í feriunni; hann hittist vid Sköfnúngs-ey. En Þat sama kveld, er Þeir Þorkell höfdu drucknat um daginn, vard sá at-burdr at Helgafelli, at Gudrún geck til kirkiu, Þá er menn voru farnir í reckiur, ok er hún geck í kirkiugards hlidit, Þá sá hún draug standa fyrir sér; hann laut yfir hana ok mælti: mikil tídendi, Gudrún! sagdi hann. Gudrún svaradi: Þegi Þú yfir Þeim, Þú [1]) armi [2])! geck Gudrún til kirkiu, svâ sem hún hafdi ádr ætlat, ok er hún kom til kirkiunnar Þá Þóttist hún siá, at Þeir Þorkell voru heim-komnir ok stódu úti fyrir kirkiu; hún sá, at siárr rann úr klædum Þeirra. Gudrún mælti ecki vid Þá ok geck inn í kirkiu ok dvaldist Þar slíka hríd sem henni sýndist, gengr hún sídan inn til stúfu, Þvíat hún ætladi at Þeir Þorkell mundu Þángat gengnir, ok er hún kom í stúfuna, Þá var Þar ecki manna; Þá brá Gudrúnu miök í brún um atburd Þenna allan jafn-saman. Föstudaginn [3]) lánga sendi Gudrún menn sína at forvitnast um ferdir Þeirra Þorkels, suma inn a Strönd en suma um eyar, var Þá rekinn vída kominn um eyarnar ok svâ til hvârs-tveggiu strandar. Þvâttdaginn fyrir páska spurdust tídendin ok Þóttu vera mikil, Þvíat Þorkell hafdi verit mikill höfdíngi. Þorkell hafdi einn vetr ens [4]) fimta tygar Þá er hann druknadi, en Þat var IVum vetrum fyrr enn hinn heilagi Olafr konúngr féll. Gudrúnu Þótti mikit fráfall Þorkels, en Þó bar

---

[1]) *Alii:* "hinn."
[2]) *Nonnulli:* Þín forynia.
[3]) *Nonnulli:* frádaginn.
[4]) *Nonnulli:* átta vetr ens fimta tugar.

& ita qvidem factum est. Ancilla lacrymas ex oculis in pulvinar defluere conspexit. Paullopost magnus venti sonitus cœnaculum percussit. Tunc dixit Thorsteinus: ibi jam Thorkelli cognati interfectorem fremere audimus. Jam de Thorkelli itinere memorandum: ille ea die cum IX sociis navalibus per Breidafiördum navigavit. Tum ventus primum ortus & vehementissima deinde tempestas, illi tamen alacriter in itinere perstitere, erant enim viri maxime strenui. Thorkellus gladium Sköfnungum cistello inclusum secum habuit. Thorkellus cum sociis, usqve dum ad Biarnareyam perveniret, navigavit, tumqve ab utroqve littore illius iter conspectum est, qvo ubi pervenit, turbo, velum percutiens, navim subvertit. Ibi Thorkellus omnesqve mortales, qvi illi adessent, submersi. Ligna per insulas late in terram ejecta sunt. Angulares columnæ in insula, qvæ postea Stafey [insula columnæ] vocata est, ejectæ. Sköfnungus scaphæ costis fuerat affixus. Ille in Sköfnungseya deprehensus est. Vespere vero illius diei, qvo Thorkellus cum sociis erat submersus, id novi Helgafelli accidit, qvum cæteris omnibus decumbentibus Gudruna templum adiens cœmeterii portam intraret, ut larvam sibi adstare conspiceret, qvæ ad eam sese proclinans dixit: m a g n æ r e s f i u n t G u d r u n a ! Gudruna respondit: at tu illas cela, infelix! Gudruna, uti constituerat, ad templum pergebat; qvum eo perveniret, Thorkellum atqve illius socios reduces atqve templo adstantes se conspicere credebat. E vestimentis aqva marina defluere visa. Gudruna illos haud allocuta templum intravit ibiqve, qvamdiu ipsi placuit, morabatur. Deinde intravit cœnaculum, Thorkellum enim atqve illius socios id ingressos rebatur; qvo ubi venit, nullus ibi mortalis aderat. Tum Gudruna toto hoc eventu multum stupefacta. Die mortis Christi Gudruna suos, ut qvid de Thorkelli itinere cognoscerent, emisit, qvosdam interiora versus in Strandam, qvosdam vero ad insulas. Tum ligna e navi ejecta late per insulas & utrumqve littus dispersa. Die saturni ante ferias paschales hæc nova divulgata multum animos movere. Thorkellus enim illustris fuerat princeps. Thorkellus, qvum in aqva interiret, unum erat annum natus atqve qvadraginta. Hoc autem accidit annis qvatuor, anteqvam Olavus rex sanctus occideretur. Gudruna Thorkelli interitu valde

hún sköruliga af sér. Fátt eina nádist af kirkiu-vidinum. Gellir var þá XIV [1]) vetra gamall, hann tók þá til búss-umsýslu med módur sinni, ok tók vid manna forrádi; var þat brátt audsætt á hönum, at hann var vel til fallinn til fyrirmanns. Gudrún gerdist trú-kona mikil; hún nam fyrst kvenna saltara á Íslandi; hún var laungum um nætr at kirkiu á bænum sínum. Herdís Bolla dóttir fór jafnan med henni um næturnar. Gudrún unni mikit Herdísi. Þat er sagt einhveria nótt, at meyna Herdísi dreymdi at kona kæmi at henni, sú var í vefiar-skickiu; ecki sýndist henni konan sviplig, hún tók til orda: seg þú þat ömmu þinni, at mér hugnar ílla vid hana, þvíat hún bröltir allar nætr á mér ok fellir á mik dropa svâ heita, at ek brenn af öll; en því segi ek þér til þessa, at mér líkar til þín nockuru betr, en þó svífr enn nockut kynligt yfir þik; en þó munda ek vid þik semia, ef mér þætti ei meiri bóta-vant þar sem Gudrún er. Sídan vaknadi Herdís ok sagdi Gudrúnu drauminn. Gudrúnu þótti gódr fyrirburdrinn. Um morgininn eptir lét Gudrún taka upp fialar úr kirkiu-gólfinu, þar sem hún var vön at falla á kné-bed; hún lét grafa þar nidr í jörd, þar fundust undir bein, þau voru blá ok íllilig, þar fanst ok kínga [2]) ok seid-stadr [3]) mikill, þóttust menn þá vita at þar mundi verit hafa völu-leidi [4]) nockud; voru þau bein færd lángt í brott þar sem sízt var manna vegr.

CAP. 77.

Þá er IVir vetr voru lidnir frá drucknun Þorkels Eyólfssonar, þá kom skip í Eyafiörd; þat átti Bolli Bollason; voru þar á flestir norrænir hásetar. Bolli hafdi mikit fé út ok marga dyrgripi, er höfdíngiar höfdu gefit hönum. Bolli var svâ mikill skarts-madr, er hann kom út úr för þessari, at hann vildi engi klædi bera nema skarlats klædi ok pells-klædi ok öll vâpn hafdi hann gull-búin. Hann var kalladr Bolli enn prúdi.

---

[1]) *Alii:* XIII. [2]) *Nonnulli:* Kvíga. [3]) *Ita qvidem plures; nonnulli vero:* seidstafr, *baculus incantatorius.* [4]) *Nonnulli* Völvo-leidi

qvidem commota, fortiter tamen dolorem sustinuit. Pauca solum lignorum, qvæ templo erant destinata, servata sunt. Gellirus tum qvatuordecim annos natus cum matre rei familiaris curam gerere coepit, magistratumqve occupavit. In illo brevi conspicuum eum aptum esse honoribus. Gudruna religioni se multum consecravit, prima mulierum Islandorum psalterium perdiscit, multum per noctes precibus intenta in templo morabatur. Herdisa, Bollii filia, eam per noctes plerumqve comitata est. Gudruna Herdisam multum diligebat. Memoriæ traditum est virgini Herdisæ in somnio aliqvando visam mulierem ad se venientem. Toga illi texta. Valde illi mulier ista vultu osa visa est. Illa Herdisam tali modo allocuta: aviæ tuæ referas, me illi esse succensam; qvod supra me totas noctes se volutat, mihiqve adeo calidas guttas superinstillat, ut tota inde cremem; hoc vero tibi ea de causa nuntio, qvod tu mihi aliqvanto places melius; mirum tamen aliqvid te circumversatur; verum te qvidem possem perferre, nisi Gudruna mihi esset molestior. Herdisa e somno excitata Gudrunæ somnium retulit. Gudruna, lætata omine, seqvente die asseres qvosdam e templi pavimento, ubi in genua procidere illi erat solitum, tolli jussit, ibiqve terram effodi. Ossa ibi reperta sunt, livida atqve tetri aspectus, locusqve magia ac veneficiis contaminatus. Tum pro certo habitum sagæ cujusdam ibi fuisse tumulum. Ossa inde ablata in locum a viis hominum remotissimum.

CAP. LXXVII.

Qvatuor post Thorkelli, Eyolfi filii, interitum annis, navis in Eyafiördum pervenit, qvæ Bollio erat, Bollii filio. Navales pleriqve socii Norvagi fuere homines. Bollius multas secum advexit opes, multaqve pretiosa, qvæ principes illi dederant. Bollius, qvum ex hoc itinere rediret, pompæ tantum indulgebat, ut vestimentis, nisi coccineis, nullis vellet indui, aut etiam byssinis. Omnia illi arma aurata. Tum illi Nitidus inditum cognomen. Ille palam fecit navalibus sociis, se occidentem versus suos pagos aditurum; itaqve iis navim omnesqve merces custodienda

hann lýsti því fyrir skipverium sínum, at hann ætladi vestr til hérada sinna, ok féck skip sitt ok varnat í hendr skipverium sínum. Bolli rídr frá skipi vid XIIta mann; þeir voru allir í skarlats-klædum fylgdar-menn Bolla ok ridu í gyldum södlum, allir voru þeir listuligir menn, en þó bar Bolli af; hann var í pells-klædum, er Gards-konúngr hafdi gefit hönum; hann hafdi yzta skarlats-kápu rauda; hann var girdr Fótbít ok voru at hönum hiölt gullbúin ok medal-kaflinn gulli vafinn, hann hafdi gyldan hiálm á höfdi ok raudan skiöld á hlid ok á-dreginn riddari med gulli; hann hafdi gladél í hendi, sem tídt var í útlöndum, ok hvar sem þeir tóku gistíngar, þa gádu konur engiss annars enn horfa á Bolla ok skart hans ok þeirra félaga. Med slíkri kurteisi rídr Bolli vestr í sveitir alt þar til er hann kom til Helgafells med lidi sínu; vard Gudrún allfegin Bolla syni sínum. Dvaldist Bolli þar ei lengi ádr hann reid inn í Sælíngsdals-túngu ok hittir Snorra mág sinn ok Þórdísi konu sína. Vard þar mikill fagna-fundr. Snorri baud Bolla til sín med svâ marga menn, sem hann vildi. Bolli þekkist þat, ok er hann med Snorra um vetrinn ok þeir menn, sem nordan ridu med hönum. Bolli vard frægr af ferd þessari. Snorro lagdi ei minni stund nú á at veita Bolla med allri blídu enn fyrr, er hann var med hönum.

CAP. 78.

En er Bolli hafdi verit einn vetr á Íslandi, þa tók Snorri godi sótt; sú sótt fór ekki ódt. Snorri lá miök lengi, ok er sóttinn óx, heimti Snorri til sín frændr sína ok naudleyta-menn; þa mælti hann til Bolla: þat er vili minn at þú takir hér vid búi ok manna forrædi eptir dag minn; ann ek þér ei verr virdíngar enn mínum sonum; er sá ok nú minn sonr ei hér á landi, er ek hygg at þeirra verdi mestr madr, er Haldórr er; Sídan andadist Snorri. Hann hafdi þá VII vetr ens siöunda tygar. Þat var einum vetri eptir fall Olafs konúngs ens helga; svâ sagdi Ari prestr

tradidit. Bollius a navi cum XI comitibus eqvo vectus. Omnes Bollii comites coccineis vestimentis erant induti, ephippiisqve auratis utebantur. Omnes qvidem formosi erant viri, Bollius tamen illos antecelluit. Byssinis ille erat indutus vestibus, qvæ illi dederat rex constantinopolitanus. Amiculo rubro coccineo superindutus erat atqve cinctus Pedimorsore. Manubrium erat auratum, mediaqve pars capuli auro involuta. Galeam auratam capite gestabat, rubrumqve ad latus clypeum, aurea eqvitis imagine distinctum. Gladiolum manu gestabat, id enim apud exteros in usu. Qvocunqve in loco hospitati sunt, mulieres continuo Bollium illiusqve ac sociorum pompam intuitœ sunt. Hoc circumdatus splendore Bollius occidentales pagos peragravit usqve dum Helgafellum perveniret cum suo comitatu. Gudruna Bollii, filii sui, adventu multum lætabatur; haud tamen Bollius diu ibi moratus est, anteqvam Sælingsdalstungam eqvo veheretur, socerumqve Snorronem conveniret atqve uxorem Thordisam. Ibi vero occursus lætus. Snorro Bollium cum tot hominibus, qvot ipsi placeret, ad se invitavit. Bollius accepit invitationem & cum illis, qvi illum a boreali parte comitati fuerant, apud Snorrorem illam hyemem transegit. Hoc vero Bollius itinere valde inclytus redditus. Nec Snorro jam minore studio Bollium omnis generis benevolentia prosecutus, qvam antea, cum apud illum degisset.

CAP. LXXVIII.

Et qvum Bollius unam in Islandia hyemem transegisset, Snorro Antistes in morbum incidit. Ille qvidem morbus haud multa cum vehementia. Snorro diu eodem fungebatur; morbo vero ingravescente, Snorro propinqvos suos ac necessarios ad se convocavit. Tum ille Bollium ita allocutus: Mea qvidem hæc voluntas est, uti me mortuo meam familiarem rem ac honores occupes, haud enim te honore minus dignum existimo qvam meos filios. Is enim filiorum meorum, Haldorus nempe, qvem ego illustrissimum fore arbitror, haud in hac terra adest. Postea Snorro expiravit; tumqve erat annos natus septem ac sexaginta. Auctore Aro Multiscio sacerdote, uno anno post obitum Olavi Regis sancti Snorro

enn fródi. Snorri var í Túngu grafinn. Bolli ok þórdís tóku vid búi í Túngu, sem Snorri hafdi mælt; létu synir Snorra sér þat vel líka. Vard Bolli mikilhæfr madr ok vinsæll. Herdís Bolla dóttir óx upp at Helga-felli ok var hún allra kvenna vænst; hennar bad Ormr son Hermundar Íllugasonar ok var hún gefin hönum; þeirra son var Kodran, er átti Gudrúnu Sigmundar dóttir; sonr Kodráns var Hermundr, er átti Ulfheidi dóttur Runólfs Ketilssonar biskups; þeirra synir voru Ketill, er ábóti var at Helgafelli ok Reinn ok Kodran ok Styrmir; dóttir þeirra var þórvör, er átti Skeggi Brandsson, ok er þadan komit Skógveria kyn. Uspakr hét son Bolla ok þórdísar; dóttir Ospaks var Gudrún, er átti þórarinn Brandsson; þeirra son var Brandr, er setti stad at Húsafelli; hans son var Sighvatr prestr, er þar bió lengi. Gellir þorkellsson kvângadist, hann féck Val-gerdar dóttur þorgils Arasonar af Reykia-nesi. Gellir fór utan ok var med Magnúsi konúngi enum góda ok þá af hönum XII aura gulls ok mi-kit fé annat. Synir Gellis voru þeir þorkell ok þorgils; sonr þorgils var Ari hinn fródi; son Ara hét þorgils, hans son var Ari hinn sterki. Nú tekr Gudrún miök at eldast ok lifdi vid slíka harma, sem nú var frásagt um hríd; hún var fyrst nunna á Íslandi ok einsetu-kona, er þat ok al-mæli, at Gudrún hafi verit göfgust jafn-borinna kvenna hér á landi. Frá því er sagt eitt-hvert sinn, at Bolli kom til Helgafells, þvíat Gudrúnu þótti ávalt gott er hann kom at finna hana. Bolli sat hiá módur sinni laungum ok vard þeim margt talat; þa mælti Bolli: muntu segia mér þat, módir! at mér er forvitni á at vita? Hverium hefir þú manni mest unnt? Gudrún svarar: þorkell var madr ríkastr ok höfdíngi mestr, en engi var madr gerviligri enn Bolli ok all-betr at sér. þórdr Íngunnarson var madr vitrastr þeirra ok lagamadr mestr. þorvalds get ek at engu. þá svarar Bolli: skil ek þetta giörla, hvat þú segir mér frá því, hversu hverium var farit bænda þinna, en hitt verdr en ecki sagt, hverium þú ynnir mest;

mortuus est. Tungæ Snorro sepultus. Bollius ac Thordisa e Snorronis præscripto Tungæ familiares res amplexi sunt, Snorronis filiis haud adversantibus. Bollius potens evasit vir ac amicitia felix. Herdisa Bollii filia Helgafelli educata, formosissima mulier. Ormus filius Hermundi, Illugi filii, illam sibi uxorem petiit eamqve nactus est. Illorum filius erat Kodranus, cui Gudruna Sigmundi filia fuit uxor. Kodrani filius erat Hermundus, cui uxor Ulfheida filia Runolfi, Ketilli filii episcopi. Illorum filii fuere: Ketillus Abbas Helgafellensis, Reinus, Kodranus, Styrmirus. Filia erat Thorvara Skeggii, Brandi filii, uxor; inde Skogverji oriundi. Bollii ac Thordisæ filius erat Uspakus; Uspaki filia erat Gudruna, Thorarini Brandi filii uxor. Illorum filius erat Brandus, qvi Husafelli nobile fundavit prædium. Illius filius erat Sighvatus sacerdos, qvi ibidem diu habitavit. Gellirus Thorkelli filius uxorem duxit Valgerdam filiam Thorgilsi Ari filii de Reykianeso. Gellirus peregre profectus apud Magnum regem Bonum commoratus, duodecim Auros auri et magnam præterea pecuniam ab eo accepit. Gelliri filii erant Thorkellus ac Thorgilsus. Thorgilsi filius erat Arus multiscius. Illius filio Thorgilsus erat nomen. Hujus filius erat Arius Fortis. Jam Gudruna natu facta grandior vitam tamen per aliqvod tempus sustinuit, his, qvi jam memorati sunt, afflicta doloribus. Illa prima fuit in Islandia monacha solitariamqve degebat vitam; satis constat Gudrunam in hac terra generosissimam fuisse mulierum simili loco natarum. Memoriæ traditum est Bollium aliqvando Helgafellum venisse, semper enim Gudruna filii adventu lætabatur. Bollius sæpe apud matrem consedit, multum cum illa locutus. Tunc dixit Bollius: num mihi dicas hoc, mater! qvod ego scire gestio? qvem tu maritum maxime dilexisti? Gudruna dixit: Thorkellus potentissimus erat vir, maximusqve princeps; nullus autem fuit Bollio augustior nec artes melius edoctus. Thordus Ingunæ filius eorum erat prudentissimus maximeqve legum peritus. Thorvaldum nullam ob rem memoria dignum censeo. Tunc Bollius respondit: hoc ego bene intelligo, qvod mihi de cujuslibet mariti tui indole memoras; id autem haud adhuc memoratum est, qvem maxime dilexeris; nec tibi amplius hoc celare opus est. Gudruna respondit: magno studio, mi fili! hoc

þarftú nú ecki at leyna því leingr. (Gudrún svarar): fast skorar þú þetta, sonr minn! sagdi Gudrún, en ef ek skal þat nokkurum segia, þá mun ek þik helzt velia til þess. Bolli bad hana svâ gera. Þá mælti Gudrún: þeim var ek verst, er ek unni mest. Þat hyggium vér, sagdi Bolli, at nú sé sagt alleinardliga, ok kvad hana vel hafa giört, er hún sagdi þetta, er hann forvitnadi. Gudrún vard gömul kona ok er þat sögn manna at hún yrdi siónlaus. Gudrún andadist at Helgafelli ok þar hvílir hún. [Er þat mál manna at hún hafi verit et mesta göfug-kvendi af ei meiri ætt]*). Gellir Þorkelsson bió at Helgafelli til elli, ok er mart merkiligt frá hönum sagt; hann kemr ok vid margar sögur, þótt hans sé hér lítt getid. Hann lét gera kirkiu at Helgafelli virduliga miök, svâ sem Arnór jarla-skáld vâttar í erfidrápu þeirri, er hann orti um Gelli ok kvedr þar skírt á þetta; ok er Gellir var nockut hníginn á enn efra aldr, þá býr hann ferd sína af Íslandi; hann kom til Noregs ok dvaldist þar ei lengi, ferr þegar af landi á brott ok gengr sudr til Róms, sækir heim hinn helga Petr postula; hann dvelst í þeirri ferd miök lengi; ferr sídan sunnan ok kemr í Danmörk, þá tekr hann sótt ok lá miök lengi ok féck alla þiónustu; sídan andadist hann ok hvílir í Róiskeldu. Gellir hafdi haft Sköfnúng med sér ok nádist hann ecki sídan; en hann hafdi verit tekinn úr haugi Hrólfs Kraka; ok er andlát Gellirs spurdist til Íslands, þa tók Þorkell son hans vid födurleifd sinni at Helgafelli, en Þorgils annarr son Gellis drukknadi úngr á Breidafirdi ok allir þeir, er á skipi voru med hönum. Þorkell Gellisson var et mesta nyt-menni, ok var sagdr manna fródastr **).

CAP. 79.

Í þann tíma er Bolli Bollason bió í Túngu ok nú var ádr frásagt, þá bió nordr í Skagafirdi á Miklabæ Arnór kerlíngar-nef, son Biarnar Þórdarsonar frá Höfda. Þórdr hét madr er bió á Marbæli; Gudrún hét

---

*) *Uncinis inclusa omittunt nonnulli.*

**) *Nonnulli, duo nempe codd. chart., quorum alter transcriptus est anno* 1664, *collationi adhibiti, hic desinunt his verbis:* "Ok lýkr hér nú Laxdælínga-sögu."

mihi extorqvere conaris, si vero hoc alicui homini memorandum est, te potissimum deligam, cui memorem. Bollius rogavit ut ita facere institueret. Tunc dixit Gudruna: Cui maxime fui infesta, eum dilexi maxime. *Hoc qvidem sat sincerum esse dictum existimamus, dixit Bollius, matrem collaudans, qvod elocuta esset id, qvod tantum scire gestiisset. Gudruna multam obtinuit senectutem & memoriæ traditum est eam coecam deniqve factam. Gudruna Helgafelli mortua est atqve ibi sepulta. Illa mulierum, qvibus genus haud fuerit illustrius, generosissima habetur. Gellirus Thorkelli filius ad multam senectutem Helgafelli habitabat, multumqve rerum per se gestarum memoriam reliqvit. Etsi nos parum de illo referimus, tamen multæ historiæ illius mentionem faciunt. Magnificum ille templum Helgafelli ædificandum curavit, qvem ad modum Arnorus Jarlaskald (Comitum poeta) testatur in epicedio, qvod de Gelliro confecit, ubi hujus rei haud dubiam facit mentionem. Cumqve Gellirus natu jam esset grandior ab Islandia profectus pervenit Norvegiam, nec ibi diu commoratus, ab ea terra profectus versus meridiem, Romam pervenit, sanctumqve apostolum Petrum convenit; longum id illi iter. Inde a meridie profectus in Daniam pervenit. Tum in morbum incidit, ac diu decubuit, sacroqve ministerio cultus defunctus est. Roiskilda sepultus est. Gellirus Skofnungum secum habuerat, nec ille postea repertus est; ablatus autem fuerat e Hrolfi Krakii tumulo. Gelliri autem morte in Islandia comperta, Thorkellus illius filius paternam rem amplexus est Helgafelli. Thorgilsus autem alter Gelliri filius, adolescens in Breidafjördo cum omnibus, qvi apud illum in navi adessent, submersus est. Thorkellus Gelliri filius homo erat frugi ac in doctissimis viris habitus.*

CAP. LXXIX.

Hoc tempore, de qvo jam memoratum est, qvoqve Bollius Bollii filius, Tungæ habitabat; in boreali regione in Skagafiördo habitavit Mikkabæi Arnorus, Kjerlingarnevus (Aninasus), filius Bjarni, Thordi filii Höfdensis. Thordus erat nomen viro, Marbæli habitaculum, uxor Gud-

kona hans, þau voru vel at sér ok höfdu gnógt fiár; son þeirra hét Olafr ok var hann úngr at aldri ok allra manna efniligastr. Gudrún kona þórdar var náskyld Bolla Bollasyni, var hún systrúngr hans; Olafr son þeirra þórdar var heitinn eptir Olafi Pá í Hiardarholti. þórdr ok þorvaldr Hialta synir, biuggu at Hofi í Hialta-dal, þeir voru höfdíngiar miklir. Madr hét þórólfr ok var kalladr stýrimadr, hann bió í þúfum; hann var úvinveittr í skapi ok ædi-madr mikill; hann átti gridung grán ólman. þórdr af Marbæli var í förum med Arnóri. þórólfr stýrimadr átti frændkonu Arnórs, en hann var þíng-madr Hialta-sona, hann átti íllt vid búa sína ok lagdi þat í vanda sinn; kom þat mest til þeirra Marbælínga; gradúngr hans gerdi mönnum mart mein, þá er hann kom úr afréttum; meiddi hann fé manna, en geck ei undan grióti; hann braut ok andvirki ok gerdi mart íllt. þórdr af Marbæli hitti þórólf at máli, ok bad hann vardveita gradúng sinn; vílium vér ei þola hönum ófríki. þórólfr lézt ei mundu sitia at fé sínu; ferr þórdr heim vid svâ búit. Ei miklu sídarr getr þórdr at líta hvar gradúngrinn hefir brotid nidr torf-stacka hans. þórdr hleypr þá til ok hefir spiót í hendi, ok er boli sér þat, vedr hann jörd svâ at upp-tekr um klaufir; þórdr leggr til hans svâ at hann fellr daud á jörd. þórdr hitti þórólf ok sagdi hönum þat boli var daudr; þetta var lítid frægdarverk, sagdi þórólfr; en gera mundi ek þat vilia, er þér þætti ei betr. þórólfr var mál-ódi ok heitadist í hveriu ordi. þórdr átti heiman-ferd fyrir höndum; Olafr son hans var þá VII vetra edr VIIIa, hann fór af bænum med leik sínum ok gerdi ser hús, sem börnum er tídt, en þórólfr kom þar at hönum; hann lagdi sveininn í gegnum med spióti, sídan fór hann heim ok sagdi konu sinni. Hún sagdi: þetta er íllt verk ok úmannligt, mun þér þetta íllu reifa; en er hún tók á hönum þúngt, þá fór hann í brott þadan ok létti ei fyrr enn hann kom á Miklabæ til Arnórs; fréttust þeir tídenda. þórólfr sagdi hönum víg Olafs; sé ek þar nú til trausts sem þér erut

runa nomine. Multarum illi artium periti, divitiis pollebant, filio nomen Olavus, tum ille adolescens ac optimæ spei. Gudruna, Thordi uxor, Bollio, Bollii filio, admodum erat genere propinqva; erat enim illi consobrina. Filius eorum Olavus nomen Olavi Pa de Hjardarholto vocatus est. Thordus ac Thorvaldus, Hjaltii filii, Hofi in Hjaltadalo habitabant, dignitate insignes. Thorolfus nomen fuit viro ac Styrimadur [gubernator] cognomen, habitaculum Thufis; ferox illi animus ac admodum vehemens. Taurus illi erat, canus ac admodum furiosus. Thordus de Marbælo cum Arnoro multum peregrinabatur. Thorolfo gubernatori uxor erat, cognata Arnoro; ipse vero Hjaltii filiorum fuit cliens; multæ illi solitæ cum accolis simultates, maxime autem cum Marbælensibus, taurus enim illius multa hominibus damna intulit, qvum e communibus pascuis rediret; laceravit enim pecora hominum, nec cessit lapidibus; perfregit autem septa, cæterum multa egit mala. Thordus de Marbælo Thorolfum adiit rogans, ut taurum custodia cohiberet. Nolumus enim, inqvit, illius perpeti violentiam. Thorolfus negavit sibi futuram custodiam armenti. Ita Thordus domum rediit. Paulopost Thordus subversos a tauro cumulos cespititios conspexit. Thordus eo cucurrit hastam manu tenens, qvo conspecto bos tali prorupit impetu ut terræ immergerentur ungulæ. Thordus illum feriit hasta adeo ut humi mortuus procumberet. Thordus Thorolfum convenit eiqve dixit mortuum esse bovem. Inglorium id sane facinus, dixit Thorolfus, at ego qvidem cuperem aliqvid perpetrare, qvod tibi haud foret jucundius. Thorolfus lingvæ parum temperans minitantia multa protulit dicta. Thordo domo iter erat faciendum; filius Olavus tum VII sive VIII annos erat natus. Is a villa ad lusum egressus, puerorum more domum sibi struxit. Thorolfus eo adveniens hasta transfixit puerum. Deinde domum rediit ac uxorem, qvæ acta essent, docuit. At illa: hoc qvidem, inqvit, malignum ac nefandum facinus, nec sine multo malo tuo futurum; ille vero, qvum uxor eum tam graviter castigaret, abiit domo, nec itinere desistebat, anteqvam Miklabæum ad Arnorum perveniret. Utrinqve de novis rogatum. Thorolfus illi Olavi cædem retulit dicens: apud te jam qværo auxilium propter affinitatem. Arnorus respondit: hanc rem

sakir mágsemdar. (Arnór svaradi): Ei fer þú siáandi eptir um þenna hlut, at ek muna virda meira mágsemd vid þik enn virdíng mína ok sæmd, ok ásiár áttu hér engrar vân af mér. Fór þórólfr upp eptir Hialtadal til Hofs, ok fann þá Hialtasonu ok sagdi þeim hvar komit var hans máli, ok sé ek hér nú til ásiár sem þid erut. þórdr segir: slíkt eru nídíngs-verk ok mun ek enga ásiá veita þér um þetta efni. þorvaldr vard um fárr; fær þórólfr ecki af þeim at sinni; reid hann í brott ok upp eptir Hialtadal til Reykia; fór þar í laug; en um kveldit reid hann ofan aptr ok undir virkit at Hofi ok ræddist vid einn saman, svâ sem annarr madr væri fyrir ok kveddi hann ok frétti hverr þar væri kominn. Ek heiti þórólfr, kvad hann. Hvert vartú farinn? edr hvat er þér á höndum, sagdi laun-madrinn? þórólfr sagdi tilfelli þessi öll eptir því sem voru, bad ek Hialtasonu, segir hann, sakir naudsynia minna. þessi svarar, er fyrir skyldi vera: gengit er nú þadan, er þeir gerdu erfit þat et fiölmenna, er XII hundrut manna sátu at, ok gánga slíkir höfdíngiar miök saman, er nú vilia ei veita einum manni nockura ásiá. þorvaldr var úti staddr ok heyrdi talit; hann gengr þángat til ok tók í tauma hestsins ok bad hann af baki stíga; en þó er ei virdíngar vænligt vid þik at eiga fyrir sakir fólsku þinnar.

CAP. 80.

Nú er at segia frá þórdi, er hann kom heim ok frá víg sonar síns ok harmadi þat miök. Gudrún kona hans mælti: þat er þér rád at lýsa vígi sveinsins á hönd þórólfi, en ek mun rída sudr til Túngu ok finna Bolla frænda minn, ok vita hvern styrk hann vill veita ockr til eptirmáls. þau gerdu svâ, ok er Gudrún kom í Túngu, fær hún þar vidtökur gódar. Hún segir Bolla víg Olafs sonar síns ok beiddi at hann tæki vid eptir-málinu. Hann svaradi: ei þyki mér þetta svâ hægligt at seilast til sæmdar í hendr þeim Nordlendíngum; fréttist mér ok svâ til sem madrinn

haud mentis compos qværis, si affinitatem tuam majoris qvam meum honorem ac gloriam facturum me existimas, nec tibi a me ullum auxilium sperandum est. Thorolfus ad interiora Hjaltadali profectus Hofum pervenit, Hjaltiiqve filios convenit docens, qvomodo illius comparata esset causa. Jam qvidem, inqvit, ego a vobis auxilium flagito. Thordus dixit: nefanda talia sunt flagitia, nec ego tibi ullam opem feram. Thorvaldus haud multa qvidem respondit; nec Thorolfus hac vice ullam ab iis opem impetravit. Eqvo deinde abiit Reykos interiora versus Hjaltadali, ibi thermis se lavit. Vespere autem per Hjaltadalum descendens ad aggerem, qvo villa Hofum erat circumdata, pervenit, ibiqve solus secum loqvebatur simulans, alium ibi constitutum esse hominem, seqve salutare atqve rogare, qvi ille homo esset. Ille dixit: Thorolfus mihi nomen est. Qvæ tibi via? qvidve negotium? dixit homo fictitius. Thorolfus istos omnes eventus, uti acti erant, docuit. Hjaltii, inqvit, filios meis succurrere periculis flagitavi. Tum respondit is, qvi adesse fingebatur: jam aliter se res habent atqve tum, qvum freqventia illa instauravere parentalia, qvibus MCC hominum interfuere. Jamqve eorum principum, qvi uni jam homini opem ferre nolint, multum attenuatur potentia. Thorvaldus foris adstans colloqvium audiit, eoqve progressus est, eqvi habenis prehensis eum descendere jussit. Tamen, inqvit, haud multæ erit futurum gloriæ tuam suscipere causam propter tuam stoliditatem.

CAP. LXXX.

De Thordo jam memorandum, qvod domum redux, filii cæde audita, multum contristatus est. Uxor Gudruna illi dixit: svadendum existimo, ut causam homicidii in puero patrati contra Thorolfum agendam edas. Ego vero meridiem versus eqvo Tungam vehar, cognatumqve Bollium conveniam atqve experiar, qvale ille auxilium hanc ad causam nobis exhibere velit. Ita illi facere instituere; qvumqve Gudruna Tungam perveniret, bene ibidem excepta est. Bollio Olavi filii cædem memorans rogavit, ut cædis vindictam susciperet. Ille respondit: haud mihi videtur citra pulverem, apud borealis regionis viros honorem captare, & mihi qvidem relatum est, jam

muni þar nidr kominn, at ecki muni hægt eptir at leita. Bolli tók þó vid málinu um sídir ok fór Gudrún nordr ok kom heim; hún sagdi þórdi bónda sínum, svâ sem nú var komit, ok lídr nú svâ framm um hríd. Eptir jól um vetrinn var lagdr fundr í Skagafirdi at þver-á, ok stefndi þorvaldr þángat Guddala-Starra, hann var vinr þeirra brædra. þorvaldr fór til þíngsins vid sína menn, ok er þeir komu fyrir Urd-Skridu-hóla, þá hlióp úr hlídinni ofan at þeim madr, var þar þórólfr; rédst hann í ferd med þeim þorvaldi, ok er þeir áttu skamt til þver-ár, þá mælti þorvaldr vid þórólf: nú skaltu hafa med þér III merkr silfurs ok sitia hér upp frá bænum at þverá; haf þat at marki: at ek mun snúa skildi mínum ok at þér holinu, ef þér er fridt ok máttu þá framm-gánga, skiöldrinn er hvítr innan; ok er þorvaldr kom til þíngsins, hittust þeir Starri ok tóku tal saman. þorvaldr mælti: svâ er med vexti, at ek vil þess beida, at þú takir vid þórólfi stýrimanni til vardveizlu ok traustς, mun ek fá þér priár merkr silfurs ok vináttu mína. þar er sá madr, segir Starri, er mér þykir ecki vinsæll, ok úvíst at hönum fylgi hamíngia; en sakir okkars vinskapar, þá vil ek vid hönum taka. þá gerir þú vel, segir þorvaldr, snéri hann þá skildinum ok frá sér hvolfinu, ok er þórólfr sér þat, gengr hann framm ok tók Starri vid hönum. Starri átti jard-hús í Gud-dölum, þvíat jafnan voru med hönum skógar-menn; átti hann ok nockut sökótt.

CAP. 81.

Bolli Bollason býr til vígs-málit Olafs; hann býst heiman ok ferr nordr til Skagafiardar med XXX manna; hann kemr á Miklabæ ok er hönum þar vel fagnat; segir hann hversu af-stód um ferd hans; ætla ek at hafa framm vígs-málit nú á Hegra-ness-þíngi á hendr þórólfi stýrimanni; vilda ek at þú værir mér um þetta mál lidsinnadr. Arnór segir: ecki þyki mér þú, Bolli! vænt stefna út, er þú sækir nordr híngat vid

reum eum in locum pervenisse, ubi haud facile deprehendatur; tamen Bollius deniqve caussam suscepit. Gudruna rursus borealia versus profecta, venit domum, maritum docens uti res esset acta; ita jam aliqvantum prœterlapsum est temporis. Hyeme, post festum Julense, conventus Thveraœ in Skagafiordo indictus, eo Thorvaldus Starrium Guddalensem evocavit; fratribus ille admodum fuit amicus. Thorvaldus cum suis conventum adiit; cumqve ad Urdskriduholos perveniret, e monte vir ad illum decurrit & is qvidem Thorolfus; ille Thorvaldi ac illius sociorum catervœ se immiscuit; a Thveraa autem cum haud procul abessent, Thorvaldus tali modo Thorolfum allocutus est: tres jam marcas argenti tecum apportes & supra villam Thveraa hic assideas. Id tibi erit signo: si ego meum clypeum ad te ita converto, ut illius conspicias cavum, tunc tibi progredi esse tutum; internum clypei album est. Et qvum Thorvaldus ad conventum perveniret; Starrium adiens cum illo coepit loqvi. Thorvaldus dixit: Ita res jam comparata est: Te rogo, ut Thorolfum Gubernatorem excipias eumqve serves atqve illi feras opem; tibi ego tres argenti marcas prœbebo meamqve amicitiam simul. Hic qvidem homo talis est, dixit Starrius, ut illi haud multos amicos esse credam, nec ei certa fati benignitas; tamen amicitiœ nostrœ gratia ego illum excipiam. Cui Thorvaldus: bonum, inqvit, factum. Tumqve converso clypeo, cavum conspectui obtulit; qvod Thorolfus conspiciens in lucem prodiit & a Starrio exceptus est. Starrio Guddalis cella fuit subterranea, sylvestres enim exules multum apud eum degebant, & plurimis ipse fuit culpatus.

CAP. LXXXI.

Bollius Bollii filius Olavi cœdis causam agere occepit. Jamqve domo profectus borealia versus cum XXX hominum in Skagafjördum pervenit. Ubi venit Miklabœum bene ibi exceptus, itineris rationem docuit. Propositum, inqvit, est in Hegranesensi conventu Thorolfum ob cœdem accusare, & qvidem vellem uti tu, Arnore! mihi hanc ad caussam ferres auxilium. Arnorus respondit: haud mihi videris, Bolle! faustœ spei rem occipere, si cum tantœ iniqvitatis viris, uti hic in boreali parte adsunt, con-

slíka újafnadar menn, sem hér er at eiga; munu þeir þetta mál meirr veria med kappi enn réttindum; en ærin naudsýn þyki mér þér á vera; munu vér ok freista at þetta mál gángi framm. Arnór dregr at sér fiölmenni mikit; rída þeir Bolli til þíngsins. Þeir brædr fiölmenna miök til Hegraness-þíngs; þeir hafa frétt um ferdir Bolla; ætla þeir at veria málit; ok er menn koma til þíngsins, hefir Bolli framm sakir á hendr Þórólfi; ok er til varna var bodit, gengu þeir til Þorvaldr ok Starri vid sveit sína, ok hugdu at eyda málinu fyrir Bolla med styrk ok ofríki. En er þetta sér Arnór, gengr hann í milli med sína sveit ok mælti: þat er mönnum einsætt *) at færa hér ei svâ marga góda menn í vandrædi sem á horfist, at menn skyli ei ná lögum um mál sín, er ok úfallit at fylgia Þórólfi um þetta mál; [muntu Þorvaldr ok lid-driúgr verda ef reyna skal] **). Þeir Þorvaldr ok Starri sáu nú at málit mundi framm-gánga, þvíat þeir höfdu ecki lids-afla vid þeim Arnóri ok léttu þeir frá. Bolli sekti Þórólf stýrimann þar á Hegraness þíngi um víg Olafs frænda síns, ok fór vid þat heim. Skildust þeir Arnór med kiærleikum. Sat Bolli í búi sínu.

CAP. 82.

Þorgrímr hét madr, hann átti skip uppi standanda í Hrútafirdi; þángat reid Starri ok Þórólfr vid***) hönum. Starri mælti vid stýrimann: hér er madr at ek vil at þú takir vid ok flytjir út, ok hér eru III merkr silfurs, er þú skalt hafa ok þar med vináttu mína. Þorgrímr mælti: á þessu þyki mér nockurr vandi, hversu af hendi verdr leyst; en vid áskorun þína mun ek vid hönum taka; en þó þyki mér þessi madr vera ecki giptu-vænligr. Þórólfr rédst nú í sveit med kaupmönnum; en Starri rídr heim vid svâ búit. Nú er at segia frá Bolla: hann hugsar um efni þeirra Þórólfs, ok þykir ei verda miök med öllu fylgt, ef Þórólfr skal sleppa; frétti hann nú at hann er til skips rádinn. Bolli býst heiman; setr hann hiálm

*) *Alii:* einséd. **) *Uncinis inclusa alii omittunt.* ***) *Alii:* "med."

tendere statuisti, hanc enim caussam illi, vehementia magis qvam jure deffendent; tamen tu ad suscipiendam eandem maxima videris necessitate cogi, & nos qvidem annitemur uti hæc caussa rite procedat. Arnorus multam collegit hominum multitudinem; deinde ille cum Bollio ad conventum profectus est. Etiam fratres cum multo comitatu conventum adiere Hegranesensem. Bollii itineris comperta fama, causam defendere statuerant. Verum ubi ad conventum ventum est, Bollius Thorolfum accusare occepit, & deffendendi occasione oblata, Thorvaldus ac Starrius cum suo comitatu progressi, vi ac impotentia Bollium a caussa depellere statuerant, qvibus conspectis Arnorus cum suo comitatu intercessit dicens: tutissimum omnibus est cavere: ne tot præstantes viri, qvot jam intenditur periculum, molestiis implicentur aut a caussarum suarum œqvo jure depellantur, nec œqvum est Thorolfum in tali caussa adjuvare & tibi, Thorvalde! multa vi opus erit, si vires experiendœ sunt. Jam Thorvaldus ac Starrius intellexere se haud impedire posse caussœ processum, haud enim illi Arnoro ac illius comitibus pares fuere viribus, itaqve cessabant contendere. Bollius Thorolfum Gubernatorem in conventu Hegranesensi, cœdis Olavi cognati sui reum damnavit. Postea domum abiit. Arnorus ac Bollius multa cum amicitia discesserunt. Jam Bollius qvietus domi mansit.

CAP. LXXXII.

Thorgrimus erat nomen viro; ei in Hrutafjördo subducta erat navis. Eo Starrius comitante Thorolfo eqvo vectus est. Starrius gubernatorem ita allocutus est: hic jam vir adest, qvem ego vellem te excipere ac ad exteros abducere; & tu qvoqve tres istas argenti marcas accipias meamqve amicitiam simul. Thorgrimus respondit: Hoc tibi perficere haud mihi videtur citra difficultatem, tamen propter flagitationem tuam ego illum accipiam, etsi viri aspectus haud multam fati benignitatem indicare videatur. Jam Thorolfus in mercatorum societatem pervenit; Starrius autem ita acta re domum rediit. De Bollio autem memorandum, qvod Thorolfi caussam reputanti haud omnino res transacta videbatur, si Thorolfus effugeret; jam vero eum ad navem pervenisse audierat. Bollius itaqve

á höfud sér, skiöld á hlid, spiót hafdi hann í hendi, en girdr sverdinu Fótbít; hann rídr nordr til Hrútafiardar ok kom í þat mund, er kaupmenn voru albúnir; var þá ok vindr á kominn; ok er Bolli reid at búdar-dyrunum, geck Þórólfr út í því ok hafdi húdfat í fángi sér. Bolli bregdr Fótbít, ok leggr í gegnum hann. Fellr Þórólfr á bak aptr í búdina inn, en Bolli hleypr á hest sinn. Kaupmenn hliópu saman ok at hönum. Bolli mælti: hitt er ydr rádligast at láta nú vera kyrt, þvíat ydr mun ofstýri verda at leggia mik vid velli; en vera má at ek kvista einn-hvern ydvarn edr alla II *) ádr ek er feldr. Þorgrímr segir: ek hygg at þetta sé satt. Létu þeir vid kyrt, en Bolli reid heim ok hefir sótt mikinn frama í þessari ferd; fær hann af þessu virdíng mikla, ok þótti mönnum farit sköruliga: hefir sektann manninn í ödrum fiórdúngi, en sídan ridit einn-saman í hendr úvinum sínum ok drepit hann þar.

CAP. 83.

Um sumarit **) á alþíngi fundust þeir Bolli ok Gudmundr enn ríki ok töludu mart. Þá mælti Gudmundr: því vil ek lýsa, Bolli! at ek vil vid slíka menn vingast, sem þér erut; ek vil bióda þér nordr til mín til hálfsmánadar veizlu, ok þyki mér betr at þú komir. Bolli svarar: at vísu vill hann þiggia sæmdir at slíkum manni, ok hét hann ferdinni. Þá urdu ok fleiri menn til at veita hönum þessi vinganar-mál. Arnór kerlíngarnef baud Bolla ok til veizlu at Miklabæ. Madr hét Þorsteinn, hann bió at Hálsi, hann var sonr Hellu-Narfa; hann baud Bolla til sín, er hann færi nordan, ok Þórdr af Marbæli bad Bolla. Fóru menn af þínginu ok reid Bolli heim. Þetta sumar kom skip í Dögurdar-nes ok settist þar upp. Bolli tók til vistar í Túngu XII kaupmenn, voru þeir þar um vetrinn, ok veitti Bolli þeim allstórmannliga; sátu þeir um kyrt framm yfir

*) *Alii ita:* at ek kvisti einn eda tvo af ydur ádr enn &c. *Cod. membr. legit: II, sed rectius videtur III aut aliqvis numerus major.*
**) *Alii:* eptir.

domo abire paravit, galeam imposuit capiti, clypeum lateri affixit, hastam tenuit manu, cinctus gladio Pedimorsore. Borealia versus in Hrutafiördum eqvo vehitur eoqve pervenit eo fere tempore, qvo mercatores omnino ad iter essent parati, jamqve secundus spirabat ventus; qvumqve Bollius tabernaculi foribus adeqvitaret, Thorolfus in eodem momento egressus lecticam in sinu gestabat scorteam. Stricto tum Bollius Pedimorsore hominem transfixit; Thorolfus resupinus in tabernaculum prostratus est. Bollius vero eqvum extemplo conscendit, mercatores autem concursantes eum aggressi sunt. Bollius dixit: jam vobis consilium optimum judico, vos qvietos continere, haud enim memet citra pulverem in pulverem consternetis; fieri autem potest, ut ego alterutrum vestrum aut utrumqve amputem, anteqvam occidar. Thorgrimus dixit: hoc ego verum esse autumo; ita illi se abstinebant. Bollius autem domum eqvo vectus multam ex hoc itinere gloriam reportans multum enim illi hac re gesta honos auctus, visaqve res strenue transacta: in alia enim terræ plaga homo condemnatus, solitari deinde itinere ad hostilem agrum suscepto idem occisus.

CAP. LXXXIII.

Eadem æstate Bollius ac Gudmundus Dives in comitiis publicis convenientes multa secum invicem loqvebantur. Tunc dixit Gudmundus: hoc scias, Bolli! talium virorum, qvalis tu es, me expetere amicitiam, itaqve te invito ad dimidii mensis convivium, multum exhortans, ut venias. Bollius respondit, se vero velle honorem, qvi illi a tali viro offerretur, acceptare; itaqve se venturum promisit. Tum et alii viri similia illi exhibuere amicitiæ documenta; Arnorus enim Kjerlingarnefus Bollium invitavit Myklabæi ad convivium celebrandum. Thorsteinus erat nomen viro; Hals habitaculum, pater Hellunarfus. Ille Bollium, qvando a boreali regione rediret, ad se invitavit; Bollium qvoqve invitavit Thordus Marbælensis. E comitiis discessum est; Bollius domum eqvo vectus. Hac æstate navis Dugurdarnesi appulit atqve ibidem subducta est. Bollius XII mercatorum hospitio excepit, ibi per hyemem commorabantur, generoso apud Bollium hospitio utentes; usqve ad julense tempus præterlapsum qvieti illi mansere.

jól; en eptir jól ætlar Bolli at vitia heim-bodanna nordr, ok lætr hann þá járna hesta ok býr ferd sína, voru þeir XVIII í reid; voru kaupmenn allir vâpnadir. Bolli reid í blárri kápu ok hafdi í hendi spiótid konúngsnaut et góda. Þeir rída nú nordr ok koma á Marbæli til Þórdar, var þar allvel vid þeim tekit; sátu nú í miklum fagnadi. Þadan ridu þeir á Miklabæ til Arnórs ok tók hann ágætliga vel vid þeim; var þar veizla en bezta. Þá mælti Arnórr: vel hefir þú gert, Bolli! er þú hefir mik heimsótt; þyki mér þú hafa lýst í því vid mik mikinn félagskap; skulu ei eptir betri giafir med mér, enn þú skalt þiggia mega; mín vinátta skal þér ok heimil vera; en nockurr grunr er mér á, at þér séu ei allir menn vinhollir í þessu héradi; þykiast sviptir vera sæmdum; kemr þat mest til þeirra Hialta-sona; mun ek nú rádast til ferdar med þér nordr á Heliar-dalsheidi, þá er þér farit hédan. Bolli svaradi: þakka vil ek ydr, Arnór bondi! alla sæmd, er þér gerit til mín nú ok fyrrum; þyki mér ok þat bæta vârn flock at þér rídit med oss; en alt hugdum vér at fara med spekt um þessi hérut, en ef adrir leita á oss, þá má vera at vér leikim þá en nockut í mót. Sídan ræzt Arnór til ferdar med þeim, ok rída nú veg sinn.

CAP. 84.

Nú er at segia frá Þorvaldi, at hann tekr til orda vid Þórd bródur sinn: vita muntú, at Bolli fer hédra at heim-bodum; eru þeir nú at Arnórs XVIII saman ok ætla nordr Heliardals-heidi. Veit ek þat, sagdi Þórdr. Þorvaldr mælti: ekki er mér þó um þat, at Bolli hlaupi hér svâ um horn oss, at vèr finnim hann ei; þvíat ek veit ei hverr minni sæmd hefir meirr nidr-drepit enn hann. Þórdr mælti: miök ertu íhlutunar-samr ok meirr enn ek vilda, ok úfarin mundi þessi, ef ek rédi; þyki mér úvíst at Bolli sé rádalaus fyrir þér. Ei mun ek letiast láta, sagdi Þorvaldr, en

Verum post julense festum Bollius versus borealia convivia adire statuit; tum eqvos calceari jussit seqve ad iter paravit. XVIII iter ingressi & omnes qvidem mercatores armati. Bollius in itinere livido erat indutus amiculo, præstantemqve illam hastam gestabat, qvam rex illi dederat. Jam borealia versus eqvitantes Marbælum ad Thordum pervenere. Bene excepti, multa ibi cum lætitia morabantur. Inde Miklabæum ad Arnorum pervenere, ibiqve admodum amice excepti sunt. Præstantissimum ibi convivium. Tunc dixit Arnorus: bene tu fecisti, Bolli! qvod memet visitasti, multum eo familiaritatem mecum monstrasse videris, nec apud me præstantiora reliqva erunt dona, qvam illa, qvæ tibi offerentur; meæ qvoqve amicitiæ tibi erit copia; haud mihi tamen abest suspicio, qvosdam hujus pagi virorum tibi minus esse amicos, nam dignitate se orbatos existimant, hoc autem ad Hjaltii filios potissime pertinet; te itaqve hinc abeuntem borealia versus in tesqva Heliardalensia comitabor. Bollius respondit: ego qvidem, tibi Arnore vir honeste! gratias refero pro illo omni honore, qvo me et jam et antea affecisti, & tum qvidem nostra cohors multo videbitur honoratior, si tu nosmet fueris comitatus; verum nos qvieti istos pagos transire statueramus; si autem alii nos fuerint aggressi, fieri potest ut et illi a nobis aliqvid patiantur. Deinde Arnorus cum illis proficisci parat. Iter inde ingressi.

CAP. LXXXIV.

De Thorvaldo jam memorandum qvod Thordum fratrem ita allocutus est: te qvidem scire arbitror Bollium hic convivia freqventare; nam cum XVIII sociis apud Arnorum commoratur ac borealia versus per tesqva Heljardalensia iter facere statuit. Scio qvidem hæc, dixit Thordus. Thorvaldus dixit: Verum mihi parum placet, uti Bollius nostris ita armis præsultet ut illum haud conveniamus, ego enim neminem novi, qvi meum magis qvam ille honorem læserit. Thordus dixit: tu vero lubenter & lubentius qvam ego velim multas causas suscipis & hoc qvidem me auctore haud susciperetur iter, haud enim mihi certum videtur Bollium contra te consilio egentem fore. Haud ego dehortabor, dixit Thorvaldus,

þú munt ráda ferd þinni. Þórdr mælti: ei mun ek eptir sitia, ef þú ferr, bródir! en þér munu vér eigna alla virdíng þá, er vér hliótum í þessari ferd ok svâ ef ödruvís ber til. Þorvaldr safnar at sér mönnum ok verda þeir XVIII saman ok rída á leid fyrir þá Bolla ok ætla at sitia fyrir þeim. Þeir Arnór ok Bolli rída nú med sína menn, ok er skamt var í milli þeirra ok Hialta sona, þá mælti Bolli til Arnórs: mun ei þat nú rád, at þér hverfit aptr? hafi þér þó fylgt oss et dreingiligsta; munu þeir Hialta synir ecki sæta flá-rádum vid mik. Arnór mælti: ei mun ek enn aptr hverfa, því at svâ er sem annarr segi mér, at Þorvaldr muni til þess ætla at hafa fund þinn, eda hvat sé ek þar upp koma? blika þar ei skildir vid? ok munu þar vera Hialta-synir; en þó mætti nú svâ um búast, at þessi þeirra ferd yrdi þeim til engrar virdíngar, en megi metast fiörrád vid þik. Nú siá þeir Þorvaldr brædr at þeir Bolli eru hvergi lid-færri enn þeir ok þykiast siá, ef þeir sýna nockura úhæfu af sér, at þeirra kostr mundi mikit vesna; sýnist þeim þat rádligast at snúa aptr, alls*) þeir máttu ecki sínum vilia framm-koma. Þá mælti Þórdr: nú fór sem mik vardi, at þessi ferd mundi verda hædilig, ok þætti mér enn betra heima setid; höfum sýnt oss í fiandskap vid menn, en komit engu á leid. Þeir Bolli rída leid sína, fylgir Arnór þeim upp á heidina, ok skildi hann ei fyrr vid þá enn halladi af nordr; þá hvarf hann aptr, en þeirr ridu ofan-eptir Svarfadar-dal ok koma á bæ þann, er á Skeidi hét; þar bió sá madr er Helgi hét; hann var ætt-smárr ok ílla**) í skapi, audigr at fé; hann átti þá konu er Sigrídr hét, hún var frænd-kona Þorsteins Hellu-Narfasonar, hún var þeirra skörúngr meiri. Þeir Bolli litu hey-gard hiá sér, stigu þeir þar af baki ok kasta þeir fyrir hesta sína ok veria til heldr litlu, en þó héldt Bolli þeim aptr at hey-giöfinni; veit ek ei, sagdi hann, hvert skap-lyndi bóndi hefir. Þeir gáfu hey-vöndul ok létu hestana grípa í. Á bænum heima geck út madr ok þegar inn aptr ok mælti: menn eru vid heygard þinn, bóndi! ok reyna desiarnar***). Sigrídr húsfreyia svarar: þeir einir munu þeir menn vera, at þat

*) *Alii:* þviat. **) *Alii:* ills. ***) *Alii legunt:* dessiarnar.

tibi vero liberum relinqvetur utrum proficisci velis annon. Thordus dixit: haud ego remanebo si tu, frater! profectus fueris; tibi autem omnem honorem tribuemus, qvem ex hac expeditione reportaverimus, idem faciemus siqvid adversi acciderit. Thorvaldus viros collegit XVIII, et una cum illis Bollio ac illius comitatui profectus est obviam, illi insidiari statuerat. Arnorus ac Bollius jam cum suis iter continuavere, cumqve breve inter eos atqve Hjaltii filios reliqvum esset spatii, Bollius Arnorum ita alloqvitur: Non jam forèt optimum uti tu cum tuis reverterere? Jam enim honestissime nos estis comitati, nec ego opinor Hjaltii filios mihi struere insidias. Arnorus dixit: haud ego adhuc revertar; mihi enim videtur ac si aliqvis mihi in aurem insusurret Thorvaldum te convenire constituisse. Qvid autem ibi emergit? Non ibi fulgent clypei? Hjaltii filios ibi reor adesse. Verum jam nos ita rem possemus comparare, ut eorum istud iter nulli illis foret gloriæ, sed tamen existimari qviret, uti insidiæ tuo structæ sint capiti. Thorvaldus jam ac Thordus fratres comperientes Bollium sibi haud esse inferiorem numero comitantium, atqve intelligentes ipsorum conditionem multo deteriorem fore, si aliqvod facinus molirentur, optimum duxerunt reverti, qvum, qvæ cuperent, neqvirent perficere. Tunc dixit Thordus: Jam id evenit qvod ego expectavi: istud futurum iter ignominiosum; jamqve satius duxerim domi remanere; hostilem enim exhibuimus animum, nihil tamen efficientes. Bollius cum comitibus ire perrexit, Arnoro per tesqva montana eos comitante, nec prius discedente qvam ad declivia montis boream vergentia ventum esset; tum vero revertebatur; illi per Svarfadardalum descendentes ad villam Skeidum vocatam pervenere; ibi habitavit vir, Helgius nomine, ignobile illi genus, magna inerat malignitas, divitiæ supererant; uxor illi Sigrida nomine, Thorsteino Hellunarfi filio cognata; generosior illi indoles inerat. Bollius ac illius socii foenile sibi propinqvum conspexere, ibi ab eqvis descendentes, foenum iis sparsere, nec multum adhibuere foeni, tamen Bollius eos monuit ut foeno parcerent, dicens, se nescire qvalis colono esset animus; illi autem manipulum sumsere foeni eqvisqve præbuere. Homo qvidam, qvi in villa adesset, egressus, statim intro rediit dicens: viri hic foenili tuo adsunt, colone! foeni cumulos pertentantes. Uxor Sigrida respondit: tales istos

mun rád at spara ei hey vid. Helgi hlióp upp í óda-fari ok kvadst aldri hafa skyldu þessi rád, at hann léti stela heyum sínum; hann hleypr þegar sem hann sé vitlaus ok kemr þar at sem þeir ádu. Bolli stód upp, er hann leit ferdina mannsins, ok studdist vid spiótid konúngs naut, ok þegar Helgi kom at hönum ok mælti: hverir eru þessir þiófarnir, er mér bióda ofríki, ok stela mik eign minni, ok rífa í sundr hey mitt fyrir fararskióta sína? Bolli sagdi nafn sitt. Helgi segir: þat er úlidligt nafn ok muntu vera úréttvís. Vera má at svâ sé, segir Bolli, en hinu skaltu mæta er réttvísi er í. Bolli keyrdi þá hestana frá heyinu ok bad þá ei æia lengr. Helgi mælti: ek kalla ydr hafa stolit mik þessu, sem þér hafit haft, ok gert á hendr ydr skóggángs-sök. Þú munt vilia, bóndi! segir Bolli, at vér komim fyrir oss fébótum vid þik, ok hafir þú ei sakir á oss, mun ek gialda tvenn verd fyrir hey þitt. Þat fer heldr fiarri, svarar Helgi, mun ek framar áhyggia um þat, er vér skilium. Bolli mælti: eru nockurir hlutir þeir, bóndi! er þú vilir hafa í sætt af oss? þat þyki mér vera mega, segir Helgi, at ek vili spiót þat et gull-rekna, er þú hefir í hendi. Ei veit ek, segir Bolli, hvart ek nenni þat til at láta; hefi ek annat nockut heldr fyrir því ætlat; máttu þat ok varla tala at beidast vâpns úr hendi mér; tak heldr annat fé svâ mikit at þú þykist vel haldinn af. Fiarri fer þat! svarar Helgi, er þat ok bezt at þér svarit slíku fyrir, sem þér hafit til-giört. Sídan hóf Helgi upp stefnu ok stefndi Bolla um þiófnat ok lét varda skóggáng. Bolli stód ok heyrdi til ok brosti vid (lítinn þann*). En er Helgi hafdi lokit stefnunni, mælti hann: nærr fórtú heiman? Bolli segir hönum. Þá mælti bóndi: þá tel ek þik hafa á ödrum alist meirr enn hálfan mánut. Helgi hefur þá upp adra stefnu ok stefnir Bolla um vergáng; ok er því var lokit, þá mælti Bolli: þú hefir mikit vid, Helgi! ok mun betr fallit at leika nockut í móti vid þik; þá hefir Bolli upp stefnu ok stefndi Helga um íll-mæli vid sik, ok annarri stefnu

*) *Alii:* hlutum þessum.

viros arbitror, ut illis foenum denegare haud svadendum existimem. Helgius furioso cum impetu surrexit negans, se talibus usurum consiliis aut permissurum, ut foenum illi furto surriperetur. Extemplo uti mente captus cucurrit ad eum locum, ubi constitere. Bollius advenientem conspiciens hominem surrexit innixus hastæ, qvam illi dederat rex; Helgius eum statim adiens ita locutus est: qvale hoc furum genus est, qvod mihi inferat vim, meaqve bona mihi surripiat, suisqve eqvis foenum meum dispergat? Bollius nomen confessus est. Helgius dixit: illepidum sane nomen teqve injustum esse hominem arbitror. Ita qvidem fieri potest, dixit Bollius, tu vero justitiam a me experiere. Bollius tum eqvos a foenili abegit, socios rogans, ne diutius ibi manerent. Helgius dixit: ego vos id, qvod sumsistis, mihi furto surripuisse judico, & in vosmet ipsos capitale crimen commisisse. Bollius dixit: spero te, colone! hoc pecunia expiare nobis permissurum, atqve ita nos accusare cessaturum. Ego tibi duplex solvam foeni pretium. Nullo pacto, dixit Helgius, majora ego moliar, anteqvam discedamus. Bollius dixit: numqvæ res sunt, qvibus acceptis nobiscum in gratiam velis redire? Haud ego pernego, dixit Helgius, me hastam illam obauratam, qvam manu gestas, accepturum. Ego vero nescio, dixit Bollius, an illam tibi tradere velim; illa enim ad aliud negotium destinata est & tibi qvidem talia vix essent proloqvenda, ut telum, qvod manu gestarem, posceres, aliam potius tantam accipies pecuniam, ut tuo satisfiat animo. Nullo pacto, respondit Helgius, et optimum qvidem est, ut talem luatis poenam, qvalem sitis meriti. Deinde Helgius Bollium citare orsus; furti illi dixit diem, sylvestre ei exilium minitans. Adstans Bollius atqve ista audiens subrisit levissimi hominis amentia; Helgius autem citatione finita Bollium rogavit: qvando domo profectus es? Bollius hoc illi memoravit. Tunc dixit colonus: tum te ab aliis ultra mensis dimidium sustentatum existimo. Aliam itaqve Helgius citationem orsus Bollio mendicationis dixit diem, qvo finito Bollius ita locutus est: multa moliris Helgi! Melius qvidem conveniet, haud tranqvillum omnia perpeti. Tum Bollius citationem orsus Helgio conviciorum sibi ingestorum diem dixit, alia citatione diem illi dixit mali consilii, qvo sua sibi bona auferre conatus sit.

um brek-rád til fiár síns. Þeir mæltu förunautar hans at drepa skyldi skélmi þann. Bolli kvad þat ei skyldu. Bolli lét varda skóg-gáng; hann sagdi: þér skulut færa heim húsfreyu Helga kníf ok belti, er ek sendi henni, þvíat mér er sagt, at hún hafi gott eina lagt til vârra haga. Bolli rídr nú í brott, en Helgi er þar eptir. Þeir Bolli koma til Þorsteins á Háls ok fá þar gódar vidtökur; er þar búin veizla fríd.

CAP. 85.

Nú er at segia frá Helga at hann kemr heim á Skeid ok segir húsfreyu sinni, hvat þeir Bolli höfdu vidázt; þykiumst ek ei vita, sagdi hann, hvat mér verdr til ráds at eiga vid slíkan mann, sem Bolli er, en ek er mála-madr engi; á ek ok ecki marga, þá er mér muni at málum veita. Sigrídr húsfreya svaradi: þú ert ordinn mann-fóli mikill; hefir átt vid ena göfgustu menn ok gert þik at undri; mun þér ok fara, sem makligt er, at þú munt hér fyrir upp-géfa allt fé þitt ok siálfan þik. Helgi heyrdi á ord hennar ok þóttu íll vera, en grunadi þó at satt mundi vera, því at hönum var svâ farit, at hann var vesalmenni ok þó skap-íllr ok heimskr; sá hann sik engi færi hafa til leidréttu', en mælt sik i úfæru; barst hann heldr ílla af fyrir þetta allt jafn-saman. Sigrídr lét taka sér hest ok reid at finna Þorstein frænda sinn Narfason, ok voru þeir Bolli þá komnir, hún heimti Þorstein á mál ok sagdi hönum í hvert efni komit var. Þó hefir slíkt ílla til tekist, svarar Þorsteinn. Hún segir ok hversu vel Bolli hafdi bodit, en hversu heimskliga Helga fór; bad hún Þorstein eiga í allan hlut at þetta mál greiddist. Eptir þat fór hún heim; en Þorsteinn kom at máli vid Bolla: hvat er um, vinr! sagdi hann, hvârt hefir Helgi af Skeidi sýnt fólsku mikla vid þik? vil ek bidia, at þér leggit nidr fyrir mín ord ok virdit þat engiss, þvíat úmæt eru þar afglapa-ord. Bolli svarar: þat er víst

Illius comites neqvissimum illum hominem occidendum censuere. Bollius ita faciendum negavit. Etiam Bollius [in citatione] sylvestre minatus est exilium; tumqve dixit: Helgii uxori cultrum ac balteum, missa a me dona, domum deportatis, relatum enim mihi est, eam nisi bonis consiliis nullas sibi nostri negotii partes vindicasse. Jam Bollius inde eqvo vehitur, Helgius autem remanet. Bollius cum sociis Halsum pervenit ad Thorsteinum. Lautum ibi convivium instauratum erat.

CAP. LXXXV.

Jam de Helgio memorandum, qvod Skeidum domum perveniens uxorem docuit, qvid sibi cum Bollio negotii fuisset. Verum ego, inqvit, parum intelligo, qvid mihi consilii tutissimum sit capere contra talem virum, qualis Bollius est; haud enim ego multum in causis versatus, nec multi sunt illi, qvi mihi forensem ferant opem. Uxor Sigrida respondit: tu vero te gessisti ut vir stultissimus; nobilissimos enim viros adortus stoliditatis edidisti miraculum, hoc vero meritam tibi fortunam inferet, nam omnes tuas opes teqve ipsum deperdes. Helgio illius verba audienti parum qvidem ea placuere, tamen vera esse suspicatus est. Talis enim illi inerat indoles qvod vir erat pusillanimis multæ tamen neqvitiæ atqve stoliditatis, nec ullam sese expediendi viam conspexit, sed verbis summa sibi contraxerat pericula. His omnibus simul æger factus est animo. Sigrida eqvum sibi adduci jussit atqve profecta est ad cognatum suum Thorsteinum, Narfi filium, conveniendum. Tum Bollius cum suis advenerat sociis; illa Thorsteinum ad colloqvium secum evocavit docens, qvo res essent deductæ. Thorsteinus respondit: hoc vero male accidit. Illa etiam memoravit generosas a Bollio oblatas conditiones, utqve Helgius sese gessisset stolide, rogavitqve Thorsteinum, ut omni studio isthanc litem ad liqvidum perducere conaretur. Postea domum rediit. Thorsteinus autem cum Bollio talem ingressus est sermonem: qvid istud amice! rei est? Num Helgius Skeidensis se admodum stolide erga te gessit? Ego vero te rogo, ut mei gratia hanc rem omittas, nulliusqve pendas, nam hac de re valet: futilia esse fatuorum verba. Bollius respondit: verum id qvidem, hoc qvoqve nul-

at þetta er engiss vert, mun ek mér ok ecki um þetta gefa. Þá vil ek, segir. Þorsteinn, at þér gefit hönum upp þetta fyrir mína skuld ok hafit þar fyrir mína vináttu. Ecki mun þetta til neins vanda horfa; lét ek mér fátt um finnast, ok bídr þat vâr-daga. Þorsteinn mælti: þat mun ek sýna, at mér þykir máli skipta at þetta gángi eptir mínum vilia; ek vil gefa þér hest þann, er beztr er hér í sveitum ok eru XII saman hrossin. Bolli svarar: slíkt er allvel bodit, en ei þarftu at leggia hér svâ mikla stund á, ek gaf mér lítid um slíkt, mun ok lítid af verda, þá er í dóm kemr. Þat er sannast, segir Þorsteinn, at ek vil selia þér siálfdæmi fyrir málit. Bolli svarar: þat ætla ek sannast at ecki þurfi um at leitast, þvíat ek vil ecki sættast á þetta mál. Þá kýstú þat er öllum oss gegnir verst, segir Þorsteinn, þótt Helgi sé lítils-verdr þá er hann þó í venzlum bundinn vid oss, þá munu vér hann ei upp-gefa undir vâpn ydur, sídan þú vilt engis mín ord virda; en at þeim atkvædum at Helgi hafdi í stefnu vid þik, lízt mér þat engi skemdar-auki, þó at þat sé á þíng borit. Skildu þeir Þorsteinn ok Bolli heldr fáliga; rídr hann í brott ok hans félagar, ok er ecki getit at hann sé med giöfum í brott leystr.

CAP. 86.

Bolli ok hans förunautar komu á Mödru-völlu til Gudmundar ens ríka, hann gengr í móti þeim med allri blídu ok var en gladasti. Þar sátu þeir hálfan mánud í gódum fagnadi. Þá mælti Gudmundr til Bolla: hvat er til-haft um þat, hefir sundr-þycki ordit med ydr Þorsteini? Bolli kvad lítid til-haft um þat ok tók annat mál. Gudmundr mælti: hveria leid ætlar þú aptr at rída? Ena sömu, sagdi Bolli. Gudmundr mælti: letia vil ek ydr þess, þvíat mér er svâ sagt at þid Þorsteinn hafit skilit fáliga; ver heldr hér med mér ok ríd sudr í vâr ok látum þá þessi mál gánga til

lius est pendendum, nec ego hoc multum curabo. Tunc ego velim, dixit Thorsteinus, ut illi ignosceres mei causa meamqve contra accipere velles amicitiam. Bollius respondit: hæc qvidem res erit citra periculum; ego enim haud multum illud curavi, vernale vero tempus exspectabit. Thorsteinus dixit: ego vero manifestum reddam mihi magni interesse videri, uti hoc, qvem ego cupiam, eum nanciscatur eventum, tibi enim eqvum donabo, qvi in his tribubus præstantissimus est, grex eqvarius numero XII illum seqvitur. Bollius respondit: præstantem sane offers conditionem; tamen haud necessum erit hæc tibi tanta agitare cura. Ego hæc haud curavi multum, nec in judicio res magni habebitur. Ego vero, inqvit Thorsteinus, hujus causæ tibi liberum arbitrium permittam. Bollius respondit: ego verissimum existimo inutile esse talia pertentare; ego enim in hac causa nullam accipiam conditionem reconciliandi. Tum tu id eligis, qvod nobis omnibus minus faustum sit, dixit Thorsteinus; qvanwis enim Helgius haud magni æstimandus sit, tamen nobis est affinitate conjunctus, nec nosmet illum vobis trademus trucidandum, qvandoqvidem nostra dicta nil apud te valent. Ea vero verba, qvæ Helgius in te adhibuit in citatione, ut in comitiis repetantur, ignominia adaugeri neqvaqvam videtur. Thorsteinus ac Bollius minus familiariter discesserunt. Bollius cum sociis inde profectus, nec memoratum est illum donis honoratum abiisse.

CAP. LXXXVI.

Bollius ac illius comites Mödruvallos ad Gudmundum Divitem pervenere. Multa ille cum comitate atqve lætitia illis obviam egressus est. Ibi per dimidium mensis egregio utentes hospitio commorati sunt. Tunc Gudmundus Bollium ita allocutus est: Qvænam hujus rei ratio est? numqvæ inter te atqve Thorsteinum dissensio est exorta? Bollius hoc magni momenti esse pernegans, alia de re loqvi occepit. Gudmundus rogavit: qva tu via domum proficiscere? eadem qva veni, dixit Bollius. Gudmundus respondit: hoc ego vobis disvaderem; relatum enim mihi est, tuum cum Thorsteino discessum haud absqve offensione fuisse. Potius apud me maneas, ac vere versus meridiem proficiscare, tumqve istas lites

vegar. Bolli lézt ei mundi bregda ferdinni fyrir hót þeirra, en þat hugda ek, þá er Helgi fólit lét sem heimskuligast ok mælti hvert óord á at ödru vid oss ok vildi hafa spiótid konúngs-naut úr hendi mér fyrir einn hey-vöndul, at ek skyldi freista at hann fengi umbun orda sinna; hefi ek ok annat ætlat fyrir spiótinu at ek munda heldr gefa þér ok þar med gull-hrínginn þann, er stól-konúngrinn*) gaf mér, hygg ek nú at gripirnir séu betr nidr-komnir enn þá at Helgi hefdi þá. Gudmundr þackadi hönum giafir þessar ok mælti: hér munu smærri giafir í móti koma enn verdugt er. Gudmundr gaf Bolla skiöld gull-lagdan ok gullhríng ok skickiu, var í henni et dýrsta klædi ok búin öll þar er bæta þótti; allir voru gripirnir miök ágætir. Þá mælti Gudmundr: ílla þyki mér þú gera, Bolli! er þú vit rída um Svarfadar-dal. Bolli segir þat ecki skada munu; ridu þeir í brott ok skilia þeir Gudmundr vid enum mestum kiærleikum. Þeir Bolli rída nú veg sinn út um Galmar-strönd. Um kveldit komu þeir á þann bæ, er at Krossum heitir, þar bió sá madr er Ottar hét, hann stód úti, hann var sköllóttr ok í skinn-stacki; Ottar kvaddi þá vel ok baud þeim þar at vera; þat þiggia þeir; var þar gódr beini ok bóndi en kátasti, voru þeir þar um nóttina. Um morguninn, er þeir Bolli voru ferdar búnir**), þá mælti Ottar: vel hefir þú gert, Bolli! er þú hefir sótt heim bæ minn, vil ek ok sýna þér lítid tillæti, gefa þér gullhríng ok kunna þöck at þú þiggir; hér er ok fíngr-gull, er fylgia skal. Bolli þiggr giafirnar ok þackar bónda. Ottar var á hesti sínum þar næzt, ok reid fyrir þeim leidina, þvíat fallit hafdi snjór lítill um nóttina; þeir rída nú veg sinn út til Svarfadar-dals, ok er þeir hafa ei lengi ridit snerist hann vid Ottar ok mælti til Bolla: þat mun ek sýna at ek vilda at þú værir vin minn, er hér annarr gullhríngr er ek vil þér gefa, væri ek ydr vel-viliadr í því er ek mætta; munu þér ok þess þurfa. Bolli kvad bónda fara stórmannliga til sín, en þó vil ek þiggia hrínginn. Þá gerir þú vel, segir bóndi.

*) *Alii:* Skottkonúngrinn.   **) *Alii:* ferdbúnir.

transigamus. Bollius propter tales minas se iter dilaturum negavit; hoc vero, inqvit, constitui, qvum Helgius ille stultus se maxime gereret stolide, nobisqve continua ingereret convicia, hastamque, regium munus, pro uno foeni manipulo a memet posceret, tentare illi dictorum reddere renumerationem, et qvidem ad aliud hastam destinavi, tibi enim illam et aureum simul annulum, qvem constantinopolitanus mihi dedit rex, donare constitui. Hæc cimelia melius ita esse collocata arbitror, qvam si Helgius ea accepisset. Gudmundus illi pro his muneribus gratias persolvit dicens: viliora qvam æqvum est tibi reddentur munera. Gudmundus Bollium donavit clypeo obaurato, aureoqve annulo atqve toga e panno prætiosissimo confecta, auroqve distincta ubicunqve ad ornamentum conferre visum est. Præstantissima omnia illa fuere gestamina. Tunc dixit Gudmundus: parum mihi placet, Bolli! si per Svarfadardalum iter facies. Bollius id damno futurum negavit. Deinde Bollius cum suis profectus a Gudmundo intimo cum amore discedens. Jam Bollius ac socii per Galmarstrandam ire perrexere, vespere ad villam pervenere qvæ Krossar vocabatur. Vir ibi habitabat Ottarus nomine; foris ille adstitit capite calvus, togamqve gestans e pelle confectam. Ottarus comiter illos salutavit, et apud se hospitium obtulit; hoc illi acceptavere. Bono ibi hospitio utebantur et hospite admodum hilari. Ibi noctem transegere. Seqvente die cum Bollius ac illius comites ad iter parati essent, Ottarus ita locutus est: bene fecisti, Bolli! qvod meam villam adiisti, qvamobrem exiguam qvidem tibi reddam gratiam, aureum tibi annulum donabo, gratiasqve habebo, si illum velles accipere. Digitale qvoqve hic aurum adest, qvod illum seqvetur. Bollius munera acceptans colono gratias egit. Ottarus suo vectus eqvo viam illis præcursavit, nam illa nocte aliqvantum ninxerat. Jam ire perrexerunt ad Svarfadardalum, cumqve haud multum viæ confecissent, Ottarus conversus Bollium allocutus est: ego reddam manifestum memet cupire ut mihi amicus sis, alter enim aureus annulus hic mihi adest, qvo te donare volo, nam in iis, qvæ possum, mihi erga vos animus est integer; et hoc qvidem vobis erit opus. Bollius coloni generositatem erga se collaudavit, tamen annulum se accepturum affirmavit. Colonus hoc illum bene facere testatus est.

CAP. 87.

Nú er at segia frá þorsteini af Hálsi; þegar hönum þykir vân at Bolli muni nordan rída, þá safnar hann mönnum ok ætlar at sitia fyrir Bolla, ok vill nú at verdi umskipti um mál þeirra Helga; þeir þorsteinn hafa XXX manna ok rída framm til Svarfadardals-ár ok setiast þar. Liótr hét madr, er bió á Völlum í Svarfadar-dal, hann var höfdíngi mikill ok vinsæll ok málamadr mikill; þat var búníngr hans hvers-dagliga: at hann hafdi svartan kyrtil ok refdi' í hendi, en ef hann bióst til víga þá hafdi hann blán kyrtil ok exi snag-hyrnda, var hann þá heldr úfrýnligr. þeir Bolli rída út eptir Svarfadar-dal, fylgir Ottar þeim út um bæinn at Hálsi ok at ánni út, þar sat fyrir þeim þorsteinn vid sína menn, ok þegar er Ottar sér fyrir-sátina, bregdr hann vid ok keyrir hest sinn þvert í brott. þeir Bolli voru sínum megin ár hvârir, en áin var leyst med löndum, en íss flaut á henni midri; hleypa þeir þorsteinn út á ísinn. Helgi af Skeidi var ok þar ok eggiar þá fast ok kvad nú vel at þeir Bolli reyndi hvârt hönum væri kapp sitt ok metnadr einhlítt, edr hvârt nockurir menn nordr þar mundu þora at halda til móts vid hann; þarf nú ok ei at spara at drepa þá alla, mun þat ok leida ödrum, segir Helgi, at veita oss ágáng. Bolli heyrir ord Helga ok sér hvar hann er kominn út á ísinn; Bolli skýtr at hönum spióti ok kemr á hann midian, fellr hann á bak aptr í ána, en spiótid flýgr í backann ödrum-megin svâ at fast var, ok héck Helgi þar á nidr í ána. Eptir þat tókst þar bardagi hinn skarpasti; Bolli gengr at svâ fast at þeir hröckva undan er nærr voru; þá sótti framm þorsteinn í móti Bolla, ok þegar þeir fundust höggr Bolli til þorsteinns á öxlina, ok vard þat mikit sár; annat sár féck þorsteinn á fæti; sóknin var en hardasta. Bolli vard ok sárr nockut ok þó ecki miök. Nú er at segia frá Ottari: hann rídr upp á Völlu til Lióts, ok þegar þeir finnast mælti Ottar: ei er nú setu-efni, Liótr! sagdi hann, ok fylg þú nú

CAP. LXXXVII.

Jam de Thorsteino Halsensi memorandum, qvod cum Bollium borealem versus adventurum exspectaret, viros collegit Bollioqve insidiari statuit, jamqve Helgii litem transigere. Thorsteinus cum XXX viris ad flumen Svarfadardalense eqvo vehitur, ibiqve consistit. Liotus erat nomen viro, habitaculum Vallis in Svarfadardalo, potens ille princeps ac pollens amicitia et in causis agendis versatus. Qvotidianus talis erat habitus: tunicam gestavit nigram, at machœram in manu. Si autem pugna ineunda esset, tunica erat cœrulœa, securisqve cornuata. Tum illi aspectus torvior. Jam Bollius cum sociis per Svarfadardalum septentrionem versus ivit. Ottarus præter villam Halsum usque ad flumen eos secutus est; ibi Thorsteinus cum suis obsedit. Conspectis vero insidiis Ottarus, subita re commotus, transversa inde via, citato eqvo avolavit. Bollius ac illius hostes diversam fluminis ripam tenuere; soluta autem erat ab utraqve ripa glacies, medioqve flumine innatabat. Thorsteinus cum suis in glaciem prosiluit. Helgius Skeidensis ibi qvoqve aderat, sociosqve vehementer hortabatur dicens: jam bene convenire, ut Bollius experiretur, utrum illi vehementia ac superbia ad omnia sufficeret, anve qvidam virorum borealium illum adgredi auderet; nec ulli jam parcendum sed omnes trucidandos. Hoc qvoqve, inqvit Helgius, alios perterrebit, ne nobis postea injuriam inferant. Bollius Helgii dicta audiit conspexitqve hominem in glaciem progressum. Tum Bollius conjecta in eum hasta, medium illum feriit; homo resupinus in flumen prostratus est, hasta autem avolans in oppositam ripam eum secum transtulit, ibiqve ripæ ita infixa est, ut ex illa suspensus in aqvam mergeretur Helgius. Post hæc acerrima pugna exorta. Bollius adeo vehementer aggressus est, ut propius accedentes retropellerentur. Tum Thorsteinus Bollium adortus, cui occurrens Bollius axillam feriit ac grave vulnus intulit, aliud & jam pede Thorsteinus vulnus accepit. Bollius aliqvantum qvoqve vulneratus est, nec multum tamen. Jam de Ottaro dicendum. Ille Vallos ad Liotum eqvo vectus est, qvem ubi convenit ita alloqvebatur: haud jam tibi erit considendum, Ljote! tu vero, qvandoqvidem bona adest occasio, tuam

virdíng þinni, er þér liggr laus fyrir. Hvat er nú helzt í því, Ottar? ek hygg at þeir berjist hér nidri vid ána Þorsteinn af Hálsi ok Bolli, ok er þat en mesta hamíngia at skirra *) vandrædum þeirra. Liótr mælti: opt sýnir þú af þér mikinn dreingskap. Liótr brá vid skiótt ok vid nockura menn ok þeir Ottar bádir; ok er þeir koma til árinnar beriast þeir Bolli sem ódast, voru þá fallnir III menn af Þorsteini; þeir Liótr gánga framm í medal þeirra snarliga svâ at þeir máttu nærr ecki at hafast. Þá mælti Liótr: þér skulut skilia þegar í stad, segir hann, ok er þó nú ærit at ordit; vil ek einn milli gera ydvar um þessi mál, en ef því neita adrir-hvârir, þá skulu vér veita þeim at-gaungu. En med því at Liótr geck at svâ fast, þá hættu þeir at beriast; ok því játtu hvârir-tveggiu at Liótr skyldi gera um þetta þeirra í milli. Skildust þeir vid svâ búit; fór Þorsteinn heim, en Liótr býdr þeim Bolla heim med sér ok þat þiggr hann. Fóru þeir Bolli á Völlu til Liótş; þar heitir í Hestanesi sem þeir höfdu barist. Ottar bóndi skildist ei fyrri vid þá Bolla, enn þeir komu heim med Lióti, gaf Bolli hönum stórmannligar giafir at skilnadi ok þackadi hönum vel sitt lidsinni; hét Bolli Ottari sinni vináttu. Fór hann heim til Krossa ok sat í búi sínu.

CAP. 88.

Eptir bardagann í Hest-nesi fór Bolli heim med Lióti á Völlu vid alla sína menn, en Liótr bindr sár þeirra, ok gréru þau skiótt, þvíat gaumr var at gefinn; enn er þeir voru heilir sára sinna, þá stefndi Liótr þíng fiölmennt, ridu þeir Bolli á þíngit, þar kom ok Þorsteinn af Hálsi vid sína menn, ok er þíngit var sett, mælti Liótr: nú skal ecki fresta uppsögn um gerd þá, er ek hefi samit milli þeirra Þorsteins af Hálsi ok Bolla, hefi ek þat upphaf at gerdinni: at Helgi skal hafa fallit úheilagr fyrir íll-yrdi sín ok tiltekiu vid Bolla; sárum þeirra Þorsteins ok Bolla jafna ek saman; en III menn, er féllu af Þorsteini, skal Bolli bæta, en

*) *Alii:* stýra.

seqvere dignitatem. [Ljotus respondit:] qvid tum negotii potissimum geritur Ottare? [Ottarus dixit:] Ego Thorsteinum Halsensem ac Bollium hic ad flumen confligere autumo, magnæ vero fortunæ ducendum esset, siqvis eorum posset pericula avertere. Ljotus dixit: Tu vero sæpe liberalitatis egregia documenta exhibes. Ljotus confestim cum aliqvot viris Ottaro seqvente sese in viam dedit. Verum ubi ad amnem pervenere, Bollius ac Thorsteinus acerrime conflixere. Tres tum Thorsteini comitum ceciderant. Ljotus cum suis comitibus tanto cum impetu processit inter confligentes ut nil fere efficere qvirent. Tunc dixit Ljotus: Ab invicem extemplo discedite & jam qvidem satis perpetratum est. Ego solus istas vobis lites dijudicabo, qvod si alterutri vestrum nobis pernegaverint, illos nos adoriemur. Cumqve Ljotus adeo insisteret acriter, a pugna destitere & utriqve qvidem Ljoto caussœ arbitrium detulere; ita discedebant. Thorsteinus domum rediit. Ljotus vero Bollium ac illius comites ad se invitavit, qvod Bollius haud aspernatus cum suis Ljotum Völlos secutus est. Locus ubi conflixere Hestnesum vocatus est. Ottarus colonus a Bollio haud prius discessit qvam domum cum Ljoto perveniret. Bollius discedentem magnificis donavit muneribus & pro auxilio sibi lato egit gratias suamqve ei amicitiam promisit. Ottarus tum Krossas revertebatur, repetitqve rei familiaris curam.

CAP. LXXXVIII.

Post pugnam Hestnesensem Bollius cum Lioto Völlos omnibus suis comitantibus domum profectus est; Liotus vero vulnera eorum deligavit qvæ, cum major illis cura impenderetur, cito sanata sunt. Ubi vero e vulneribus in integrum sunt restituti, freqventem Liotus convocavit conventum. Bollius cum suis eqvo vectus ad conventum Thorsteinus qvoqve Halsensis cum suis advenit sociis; conventuqve constituto Liotus ita orsus est; haud jam illud judicium, qvod inter Thorsteinum Halsensem atqve Bollium animo constitui, eloqvi supersedebo. Id mihi erit initium sententiæ: Helgii propter convitia cæteraqve qvæ in Bollium ausus est suscepta, inexpiata cædes esto; Thorsteini ac Bollii vulnera æqvi pendeo; Trium autem qui cecidere Thorsteini comitum Bollius cædem pecunia expiato. Verum propter mala

fyrir fiör-rád vid Bolla ok fyrirsát skal Þorsteinn greida hönum XV hundrut III álna aura, skulu þeir at þessu alsáttir; eptir þetta var slitid þínginu, segir Bolli Lióti at hann mun rída heimleidis ok þackar hönum vel alla sína lidveizlu ok skiptust þeir fögrum giöfum vid ok skildu vid gódum vinskap. Bolli tók upp bú Sigrídar á Skeidi, þvíat hún vildi fara vestr med hönum, rída þau veg sinn þar til er þau koma á Miklabæ til Arnórs, tók hann hardla vel vid þeim, dvöldust þau þar um hríd, ok sagdi Bolli Arnóri allt um skipti þeirra Svarfdæla hversu farit hafdi. Arnór mælti: mikla heill hefir þú til borit um ferd þessa vid slíka menn sem þú áttir þar er Þorsteinn var, er þat sannast um at tala at fáir eda engir höfdíngiar munu sótt hafa meira frama úr ödrum hérudum nordr híngat enn þú, þeir sem jafn marga öfundar-menn áttu hér fyrir. Bolli rídr nú í brott af Miklabæ vid sína menn ok heim sudr, tala þeir Arnórr til vináttu med sér af nýiu at skilnadi; en er Bolli kom heim í Tungu, vard Þórdís húsfreyia hans hönum fegin, hafdi hún frétt ádr nockut af orrustum þeirra Nordlendínga ok þótti mikit í hættu at hönum tækist vel til; sitr Bolli nú í búi sínu med mikilli virdíngu. Þessi ferd Bolla var gerr at nýium sögum um allar sveitir, ok töludu allir einn veg um at slík þótti varla farin hafa verit náliga, óx virdíng hans af slíku ok mörgu ödru. Bolli féck Sigrídi giaf-ord göfugt ok lauk vel vid hana, ok höfum vér ei heyrt þessa sögu lengri.

---

consilia insidiasqve, Bollii structas capiti, Thorsteinus illi XV hundrada aurorum triulnarium solvito. Ita firma utriqve gratia esto. Solutus inde conventus. Bollius dixit Lioto se domum profecturum egitqve gratias pro eo, qvod sibi tulisset, auxilio. Splendida utrinqve data munera, discessusqve admodum amicus. Bollius Sigridæ Skeidensis familiarem sustulit rem, voluit enim ea versus occidentem eum seqvi. Illi ire perrexerunt, utqvedum Miklabœum ad Arnorum pervenirent. Ille admodum benigne eos excepit. Ibi per aliqvantum tempestatis commorati. Bollius Arnoro memoravit omnia sua cum Svarfdælensibus negotia, uti acta erant. Arnorus dixit: tua vero in hoc itinere fortuna insignis, siqvidem tibi cum tali viro, qvalis Thorsteinus est, fuit contentio. Et qvidem illud dictum verissimum: paucos vel nullos principes ex aliis tribubus advenientes majorem qvam te gloriam ex hac boreali regione reportasse, si tot infesti illis viri adessent. Bollius cum suis Miklabœo meridiem versus domum profectus est, cum ab Arnoro discessisset renovato inter eos amicitiæ pacto; Bollius vero, ubi domum pervenit Tungam, uxor Thordisa admodum lætata est, nam antea audierat de pugnis qvas cum borealis regionis viris gesserat, mariti fortunam magno in periculo versari rata. Jam Bollius qvietus familiarem curavit rem jamqve multa illius gloria. Bollii hæc expeditio per omnes pagos sermonibus celebrata, omnibusqve idem de illa visum: vix unqvam talem antea susceptam fuisse. Ex his ac similibus multis rebus admodum illi dignitas aucta est. Bollius Sigridam in nobile elocavit matrimonium, eamqve honeste dimisit. Hanc historiam haud prolixiorem accepimus.

Þ Á T T R

AF

GUNNARI ÞIDRANDA-BANA.

Ketill [1]) hét madr, ok var kalladr Þrumr [2]) hann var son Þidranda, ok bió í Niardvík; kona hans hét Þorgerdr, synir hans Þorkell ok Eyólfr. Þar var sá sveinn at fóstri, er Þidrandi hét, ok var Geitisson, hinn efniligasti madr af úngum mönnum i Austfjördum. Biörn hét madr, ok var Kóreksson [3]), bió í Skridudal [4]). Hann var gódr bóndi; þeir voru fleiri brædur. Eitt sumar er frá því sagt, at mælt var til hesta-ats; átti annann Ketill í Niardvík, en annann Biörn í Skridudal. Þar var fiölmennt ok gód skemtan. Þar var Þidrandi Geitisson. Svo lauk hesta-víginu, at Biörn átti betri hestinn. Hann veik at Þidranda, ok mælti: vid þik vilda ek vingast, ok gefa þér hest þann, er ek atti í dag. Þidrandi þackar hönum giöfina, ok skaltú vináttu mína í móti hafa. Biörn qvedst þá hafa, þat er hann vildi. Sá madr var á manna-mótinu, er Þórir hét, hann var kalladr Englands fari; hann mælti ok til vináttu vid Þidranda. Hann hafdi komit út sumarit fyrir [5]), ok verit á vist med Broddhelga; hann hafdi ok mikla vináttu vid hann. Þetta haust er sagt frá því, at madr kom til gistíngar til Biarnar Korekssonar, ok þeirra brædra, nefndist Asbiörn veghamar [6]), mikill madr og [7]) sterkligr, biartr á hárs-lit [8]) illa eygdr, lánghálsadr [9]), ok var á vist

[1]) *Nonnulli legunt:* Þorgrímr, *sed perperam; v.* Landnám.
[2]) *Avus ejus vocabatur cognomento:* Þrymr.
[3]) *Alii scribunt:* Róreksson, *alii* Horegsson.
[4]) *Alii:* Skriddal.
[5]) *Alii:* ádr annat sumar.
[6]) *Alii:* veghamr, *alii* Vegghamr.
[7]) *Alii addunt* svipligr.
[8]) *Alii:* svartr á hár ok mjök hardeygdr illa (Alii: har-eygdr ilits).
[9]) *Alii addunt!* Hann kvadst vera sunnlendskr ok vera a vist etc.

HISTORIOLA

DE

GUNNARO THIDRANDICIDA

1. *Incendium sive funebris rogus Balderi Dei* (*qvum reliqva ejus illic celebrata vita infeliciter desit*).

---

*) *Vid.* Snorra-Edda ásamt Skáldu &c, útgefin af R. Kr. Rask Stockhólmi 1818, 8 *pag.* 103. *cfr. pag.* 105. *In seqventibus lectiones variantes ibi allatas, qvas cæteris præferendas censemus, adoptaturi sumus.*

**) *Prosaice ita in ordinem redigendum:* Ec tel Oleifi hugreifum Hildar hialldurs gégni; hann vil ec qveþia gédfiarþar-lá at Grimnis giöf.

***) *I. e. poësi sive carmine, secundum mythicam Eddæ phraseologiam.*

2). *Certamina Thori cum Hymere gigante* & *Jormungando dracone* ɔ: *mundano sive Midgardensi serpente.*

3). *Rixa aut pugna Heimdalli* & *Lokii.*

I. *Descripserat vates noster magnificam Deorum ad Balderi flammeas exeqvias processionem. Hæcce tantum fragmina episodii illius jam existunt;* (*L. c. pag.* 104):

Ríðr á bavrg til borgar
Bavðfróþr sonar Oþins
Freyr oc fólkum stýrir
Fyrst oc gvlli byrstum *)

ɔ: *Vehitur primo ad arcem* **) *Odini filii*
Verre aureis setis prædito
Pugnandi gnarus Freyerus,
Agmina (*coelestia*) *ducens* ***).

Pag. 96 *decantatur Odinus cum corvis isti propriis* & *Valkyriarum agmine illuc tendens, duobus qvidem separatis hemistrophiis, qvæ solidam olim stropham ita effecisse videntur:*

Ríðr at vilgi blíðu
Vídfrægr (enn mér líða)
Hroptatýr (of hvopta
Hróþrmál) sonar báli;
Þar hyck sigrunni svinnum
Sylgs Valkyriur fylgia

*) *Ordine prosaico:* Fyrst ríðr bavdfródr Freyr til Odins sonar borgar, á bavrg, oc gulli byrstum, oc stýrir fólkum.

**) *Arcem hanc significare puto pyram Balderi* (*Odini filii*) *exeqvialem, qvum talis etiam arx vocetur eddicis carminibus, proprie sic dictis. Vide editionem Eddæ antiqvioris Havniensem* II, 240, 258, 590. — *Hodie qvoqve principes Asiatici Buddhisticæ religioni addicti palatiis pro funebribus rogis utuntur. Vide scriptum nostrum:* Edda-Læren og dens Oprindelse IV, 541-542.

***) *Simili modo Græci ac Romani vates Solem vel Apollinem decantarunt. Freyerus nostratibus solaris luminis præcipuus director credebatur.*

Heilags tafns oc hrafna,
Hlaut innan sva minnum [1]).

ɔ: *Eqvitat celeberrimus Odinus* [2])
Ad filii rogum parum gratum,
Dum per ora nostra
Encomia proferuntur;
Opinor ibi prudentem victorem
Seqvi Valkyrias propinatrices [3])
Et corvos insuper; ita sancti sacrificii
Litamen intus memoramus.

Pag. 97 *Heimdallus Deus eidem processioni adfuisse dicitur:*

Kostigr ríþr at késti
Kynfróþs, þeim er goð hlóþu,
Hrafnfreistaþar hesti
Heimdallr at mavg fallinn [4]).

ɔ: *Eximius Heimdallus, eqvo vectus, tendit*
Ad rogum, qvem Dii struxerant
Filio cæso posteritate clari
Corvorum tentatoris (Odini).

Monstravimus alibi Eddæ junioris relationem de Baldero ad Husdrapæ (& igitur proprie ad artificii ibi descripti) normam compositam fuisse [5]).

---

[1]) *Ordine prosaico:* Vídfrægr Hroptatýr ríþr at vilgi blíþu sonar báli — en mér líþa hróþrmál of hvopta; þar hyck sylgs Valkyriur oc hrafna fylgia svinnum sigrunni, sva minnum innan hlaut heilags tafns.

[2]) *Proprie: tempestatum vel etiam præconum aut sacerdotum Deus. Vid. Edd. antiqv.* III. 444.

[3]) *Hic forte proprie: libamina exeqvialia ferentes. Valkyrias Deorum ac heroum in Valhalla propinatrices fuisse, alias est notissimum.*

[4]) *Ordine prosaico:* Kostigr Heimdallr ríþr hesti at þeim késti er goð hlóþu at kynfróþs hrafnfreistaþar fallinn mavg.

[5]) *Edda antiqv.* III. 298; — *translat. Dan.* II. 45 *sq.* Bidrag til nordisk Archæologie *pag.* 30 *sq.*

II. *Ad mythicas Thori cum dracone mundano & Hymere gigante certamina varia hemistrophia alludunt. Famosa illius piscatura, qvâ ipse Jormungandum capere sive occidere tentavit, in fragmentis seqventibus memoratur:*

Hemistrophium Skaldæ insertum (*pag.* 158 & 178) *ac aliud ibidem* (*pag.* 204) *inverso ordine integram stropham efficere putamus, & ambo ita rite componenda:*

Innmáni skein ennis
Öndótts vinar banda,
Ass skaut ægi - geislum
Orðsæll á men storðar;
En stirðþinull starði
Storðarlegs fyri borði
Fróns á fólka - reyni
Fránleitr oc blés eitri *).

ɔ: *Fulsit luna torvi numinum*
*Amici fronte inclusa***);
Asa [*Deus*] *laude beatus*
In telluris monile [*serpentem*]
Terribiles ejaculavit radios;
Sed contra, ad navigii latus,
Angvis aspectu coruscus oceani,
Rigide extensus, fixo visu intuebatur
Terræ populorum tentatorem, venenum eructans.

Tertium (*pag.* 102) *celebrat cædem angvis Midgardensis in Edda juniore inde memoratam sed auctori non acceptam:*

Víðgýmnir laust Vimrar-
Vaðs af fránum naðri

*) *Ordine prosaico:* Öndótts banda vinar ennis innmáni skein; Ordsæll áss skaut ægigeislum á stordar men. En fránleitr stordarlegs stirdþinull stardi, fyri bordi, á fróns fólka reyni oc blés eitri.

**) *I. e. Thori fulminantis oculus.*

Hlusta grunn við hravnnom;
Hlaut innan svâ minnum *).

I. e. *Lati Vimræ vadi transgressor* **)
Ad undarum aggeres (pressum)
Caput corusci serpentis abscidit —
Hæc intus carmine memoramus.

De Thori certamine cum gigante Hymere seqvens agit hemistrophium:

Fyllavflugr lét fellir
Fiallgauts hnefa skialla,
Ramt mein var þat, reyni
Reyrarleggs við eyra ***).

ɔ: *Perqvam validus monticolæ prostrator*
Pugnos allidi fecit
Auri (genæ) arboris trunci tentatoris —
Id damnum acerbum evasit!

III. *Leguntur seqventia in Skælda inter poëticas Heimdalli denominationes (pag.* 107). *"Est [vocatur] Lokius accessor scopuli (marini) dicti* Vagaskér & *petræ* Síngasteinn *appellatæ; tum cum Lokio de monili (Freyæ) Brisingico contendit (sive altercatus est). Ulfus Uggii filius de hac re prolixam confecit episoden, in carmine suo* Húsdrápa, *ubi etiam memoratur: qvod tunc ambo isti phocarum assumtis formis usi fuerint." Paullo post (pag.* 106) *inter Lokii appellationes hæc invenitur: "Hostiliter altercans cum Heimdallo,"* *seqventi Ulfi nostri cantilenâ additâ:*

---

*) Víðgýmnir Vimrar-vaðs laust hlustagrunn af fránum naðri, við hravnnum; sva minnum hlaut innan.

**) *Proprius sensus & ortus vocis* Vídgýmnir *(qvæ Skaldæ auctori* gigas *audiit) mihi qvidem obscurissimi apparent & translatio illa idcirco pro merâ conjectura habenda — sed certe hic de vado amnis Vimræ (qvod Thorus in expeditione ad Geirrodi habitacula transierat) sermo fuit poëtæ, unde is illam Dei appellationem sumsit. Auctor Eddæ junioris (pag. 63) hanc relationem, sed non carmen* Hýmisqvida, *Eddæ antiqviori insertum, manifeste secutus est.*

***) *Ordine prosaico:* Fullavflugr fiallgauts fellir lét hnefa skialla reyni reyrarleggs við eyra; ramt mein var þat.

Ráð-géginn bregðr ragna
Rein at Síngasteini
Frægr við firna slægium
Farbauta mavg vari;
Móðavflugr ræðr mæðra
Mavgr haf-nýra favgru,
Kynni ec, áðr enn einna
Átta, mærðar þáttum *).

ɔ: *Consultus ille cito commovet*
Viam Deorum (Iridem) ad Singasteinum,
Celebris ob cautelam contra
Farbauti gnatum, mire callidum;
Animo validus filius
Matrum unius præter octo [ɔ: *novem*]
Jam tenet splendidum maris renem [*lunam vel gemmam*];
Hoc carminis strophâ promulgo **).

Artificia illa Olavi Pavonis celeberrimus Suhmius pro runicis inscriptionibus accepit. Rectius noster P. E. Müller in iis picturas recognovit historicas sive mythicas. Opinor egomet repræsentationes ipsas sculptoris sive rectius scalptoris scalpro esse productas, qvam circumstantiam narratoris verbis: "markadar" & "smídat" *optime congruere censeo. Nihilominus hæcce sculpturæ vel scalpturæ variis insuper coloribus vel pigmentis fucatæ aut adornatæ fuisse videntur. Sic poëta, in sua artificii descriptione expressis verbis loqvitur de verre Freyeri, aureis setis insigni. De*

*) *Ordine prosaico:* Rádgéguinn bregdr ragna rein at Síngasteini, frægr vari við firna slægium Farbauta mavg. Móðavllugr mavgr átta áðr enn einna (r) mædra ræðr favgru hafnýra. (þat) kynni ec mærdarþáttum.

**) "*Uti hic de Iride, qvasi* D e o r u m v i a *sive* p o n t e *sermo est, sic vatem itidem* l u n a m *pro flammeo Freyæ monili habere, et istam splendidum maris sive oceani renem (qvamvis simul de gemmâ pellucida sive fulgida, monili illi inclusâ, dici possit) appellare censeo. Hodiedum Islandi irinam (meteoron qvoddam aëris pelagici, Iridi non absimile) nominant* h a f g a l l ɔ: *bilem oceani.*" *Videantur cætera huc pertinentia in Edda antiqviore* III, 309 - 311.

fulgido & radiante Thori visu sive oculo; de corusso dracone & splendida lunâ (sive gemma). Scimus præterea Venedos aut Sclavos gentiles (Scandinavorum vicinos) tale pictæ scalpturæ genus adamasse & exercuisse; qvam qvoqve observationem non tantummodo de serioribus medii ævi figuris, sed etiam de vetustissimis Ægyptiorum, Græcorum & Indorum imaginibus valere novimus *).

*Miraretur sane nemo, etiam si nulla talia artis antiqvæ monumenta, ex ligno maxime corruptibili facta, jamdum reperirentur; nihilo minus aliqvot similis artificii reliqviæ in borea nostro sunt detectæ, sed sæpissime ab inventoribus spretæ ac igni vel oblivioni traditæ. Existunt tamen fragmenta qvædam scalpti operis et qvidem partim variis coloribus (rufo, flavo & atro) fucata, inventa in sepulchro Danorum reginæ celeberrimæ, Thyræ Danabót (sive Dannebod) dictæ, Gormi grandævi conjugis, circa annum 945 fatis defunctæ, qvæ hic in museo regio antiqvitatum borealium servantur & qvorum descriptionem nosmet, una cum amicissimo nostro Thomsenio, ligneo illo sepulchro, tumulo stupendi operis incluso prius visitato, adumbrare conati sumus***). *Fragmina illa, qvæ per mille circiter annos humo fuerant gravata, & per maximum istud temporis spatium aqvâ vel madido luto involuta, nihilominus colores, ipsis olim inditos, retinuere, qvæ circumstantia nobis persvasit, ipsos olei ope illam acqvisiisse durabilitatem. Picta igitur ista ligna tradidimus doctissimo chemiæ in universitate Havniensi professori W. C. Zeise, qvi colores illos oleo originitus indubie admixtos fuisse certis probavit experimentis ac proprio testimonio. Oleaceam picturam, qvamvis rudem sane & subtiliori arti*

*) Suhms Tabeller til den critiske Historie af Danmark, Tab. XXXIX. P. E. Müller Saga-Bibliothek II, 386-387, Den ældre Edda II, 46 sq. Bidrag til nordisk Archæologie pag. 30, 97, 100-102. Cfr. Rahbek nordiske Fortællinger II, 245-46.

**) Antiqvariske Annaler IV, 64 sq., 88, 97, 135-138. Tab. I & II. Cfr. Finn Magnusens Optegnelser paa en Reise til Jellinge. Khavn. 1821 pag. 74 sq. 129 (*qvod opusculum celeberr. Nyrupii itineribus Danicis insertum habetur). Iter illud, qvod amplissimis investigationibus et detectionibus ansam dedit, ab immortali Daniæ Mecænate, illustris. Johanne Bülow de Sanderumgaard, eqvite ordinis Elephantini p. p. institutum fuit* 1820.

non adaptatam, medio ævo in septentrione Scandinavico exercitam esse, nos prius suspicati fueramus, variis rationibus adducti [1]).

Majora ejus generis ê septentrionali antiqvitate specimina nobis desunt; qvod autem illa Hiardarholtensia artificia non penitus rudia aut inelegantia fuerint, concludere possumus, tam ex aliis ejusdem vetustatis in nostris terris repertis monumentis, qvam ocularium testium effatis de pictis gentilium Venedorum sive Sclavorum scalpturis, nobis a medii ævi scriptoribus servatis. Legimus ita e. gr. seqventem descriptionem templi principalis Stettinensis circa annum 1130 [2]). *"Erant in civitate Stettinensi continæ qvatuor, sed una ex his, qvæ principalis erat, mirabili cultu et artificio constructa fuit, interius & exterius sculpturas habens, de parietibus prominentes imagines hominum et volucrum & bestiarum, tam proprie suis habitudinibus expressas, ut spirare putares ac vivere, qvodqve rarum dixerim, colores imaginum extrinsecarum nulla tempestate nivium vel imbrium fuscari vel dilui poterant, id agente industria pictorum." Longe prius* (*circa annum* 1015) *Dithmarus Merseburgensis ita descripserat templum Rhetrense: "Fanum de ligno artificiose compositum; hujus parietes variæ deorum dearumqve imagines mirifice insculptæ exterius ornant* [3])." *Similis tenoris est postremo relatio Saxonis Grammatici de templo Arconensi, circa annum* 1169 *a Danis christianis destructo: "Erat delubrum materia ligneum, opera elegantissimum, non solum munificentia cultus. Exterior ædis ambitus accurato cælamine renidebat, rudi atqve impolito picturæ artificio varias rerum formas complectens* [4])." *Ex hisce descriptionibus concludere possumus, qvod repræsentationes in æde Olavi Pavonis* [5]) *Venedicis jam memoratis materie, formâ & picturâ optime convenirent, eo tantum descrimine: qvod illæ externos ornaverint ædium parietes, hæ autem internos, lacunari insuper addito.*

---

[1]) Bidrag til nordisk Archæologie 1820 pag. 87-90 (*translat. Svec.* 81-84).

[2]) *Sigfridi vita S. Ottonis apud Ludewig, Scriptores rer. Bamberg.* I. 680.

[3]) *Dithmari Merseburg. Chronicon* (*Leibnitz. Script. rer. Brunsvic* I, 381).

[4]) *Saxonis Grammatici Hist. Dan. Lib. XIII.*

[5]) *Celeberrimi nostri ævi sculptoris, Alberti Thorvaldsenii atavi, secundum genealogiam a doctiss. Espolino exaratam.*

DE VI FORMULÆ
"AT GÁNGA UNDIR JARDARMEN."

Auctore *P. E. Müller*, Theol. in Univers. Havn. Profess.

Sacramenti genus describitur p. 58-60 & *per se memoratu dignum et, qvatenus nobis hucusqve indagare licuit, priscis borealibus proprium. Omnia itaqve loca in monumentis Islandorum hac de re obvia colligendo et pro virili illustrando nos operæ pretium facturos esse existimavimus*).*

Constat qvidem, ut a significatione verborum auspicemur, vocabulum "men" *significare lunulam, genus ornamenti muliebris, monile, torqvem, unde istud* "men brisínga" ɔ: *monile rutilans, gestamen Freyæ, carminibus scaldorum celebratum**). Hinc nostrum* "jardarmen" *originem duxit, qvod igitur proprie significat cespitem longiorem in lunatam formam curvatum, deinde qvodcunqve lamen cespitium ***).*

Qvicunqve cespitem effoderunt dicebantur "jardarmen skerda." *Testatur id versiculus, qvem liber originum Islandiæ p.* 343 *servavit in servum foveam cespite tegendam fodientem* "þarf eigi járn at eggia né jardarmen skerda" ɔ: *non opus est ferro acuendo aut cespite secando. Formulam igitur* "at gánga undir jardarmen" *vertere licet cespitem sive lamen cespitium subire.*

---

*) *Præcipua loca huc pertinentia jam commemoravit Arngrimus Jonæ in Crymogæa p.* 101 - 102 *add.* Arnesens islandske Rettergang, forøget af J. Erichsen S. 7 & S. 233 - 235.

**) *Vid. carmen eddicum Thryms - Qvida dictum in Edda antiqviore sive Sæmundina Stroph. XIII.*

***) *Vid. Glossaria in Historiam Niali latine redditam Havniæ MDCCCIX et in librum originum Islandiæ Havniæ* 1774.

Cespes, ait Festus, est terra in modum lateris cœsa cum herba. Sed cespitem ita qvoqve effodere licet, ut laminis figuram referat, qvæ qvidem cespitis forma tuguriis tegendis est aptissima. Lamen vero cespitium, cujus fines ambo humi affiguntur in speciem fornicis facile surgit, qvi fulcro adhibito altius erigi potest.

Jam satis constat inter priscos septentrionis incolas actiones symbolicas in judiciis sæpe fuisse adhibitas, easqve, qvo antiqviores, eo simpliciores atqve significantiores. Sed nulla fere actio symbolica magis est nativa, nulla in oculos magis incurrens, qvam ea, qva homo corpus incurvando se homini inferiorem ostendere conatur. Hinc illa προσκυνησις *qvæ per totam Orientem invaluit, hinc qvoqve mos ille Romanorum inimicos devictos sub jugum mittendi satis notus.*

Credimus itaqve lamen cespitium ea ratione in judiciis fuisse adhibitum, ut talem fornicem facile parabilem poenæ loco subirent ii, qvibus peccatum aliqvod vel offensa qvædam esset luenda.

Hunc morem in Islandia invaluisse testatur historia Vatnsdælensium his verbis *): "Bergr lýsti högginu til Húnavatns-þíngs, ok bió þángat til mála-greidslu; sídan koma menn til þíngs ok leitudu um sættir. Bergr kvadst eigi mundi fébætr taka, ok því at eins sættast, at Jökull gángi undir III jardarmen, sem þá var sidr, eptir stráks-gérnínga sína, ok svâ lítillæti sik vid mik. Jökull kvad fyrr mundi hann tröll taka, enn hann lyti honnm. Þorsteinn kvad þetta álita-mál, ok mun ek gánga undir jardarmenit. Bergr kvad þá goldit. Hit fyrsta jardarmen tók í öxl, annat í mjadmarhöfut, þridia í midt lær; þá geck Þorsteinn undir hit fyrsta jardarmenit. Bergr mælti þá: svínbeigi ek nú þann sem ædstr er af Vatnsdælum. Þorsteinn mælti: þat þurftir þú eigi at mæla, en þat mun fyrst í móti koma þessum ordum, at ek mun eigi gánga undir fleiri;" ɔ: *Bergus denuntiavit litem de ictu (qvod scilicet Jökull Bergum in conventu nuptiali capulo ensis verberasset) in foro Hunavatnensi esse perseqvendam, atqve se eo contulit, ut actionem*

---

*) Vatnsdæla Saga ok Saga of Finnboga hinum Ramma, Kiöbenhavn 1812. 4. S. 134. *Cfr.* Landnáma *Ed. Harn. pag.* 196.

instrueret. Advenerunt dein, qvi litem componere studuerunt. Dixit vero Bergus se nullam mulctam pecuniariam esse admissurum, nec litem posse transigi, nisi Jökull, pro more istius ætatis, tres cespites ad facinus indignum luendum subiret, atqve ita humiliationem proderet. Respondit Jokull se potius ad malos genios abiturum, qvam illi morem gerere velle. Thorsteinus vero rem perpendendam esse asseruit, seqve cespites subiturum promisit. Id Bergus sibi sufficere dixit. Primus cespes humeros tetigit, alter cingulum, tertius ad medium usqve femur adscendit. Dum Thorsteinus primum cespitem subiit, hæc verba exciderunt Bergo: jam virum inter Vatnsdælenses principem suis instar deprimo. Non tuum est, inqvit Thorsteinus, talia effutire. Hic primus erit verborum tuorum fructus, qvod non plures cespites subeam.

*Ex ea observatione, qvod cespitem subire ignominiæ loco duxerint Islandi, explicari potest dicterium istud, qvod Skarphedinum contra Skaptium, Thoroddi filium, protulisse narrat historia Niali**) : "*Servos, ait, qvosdam pretio adduxisti, ut cespitem effoderent, qvem cum surrepsisses, noctem ibi transigebas* (sídan keyptir þú at þrælum at rista upp jardarmen ok skreid þú þar undir um nóttina)." *Homo scilicet petulantior carpsit Thoroddum, qvod non solum latebras qvæsiverit, sed ne qvidem cespitem subire (rem igitur per se ignominiosam) præ metu recusaverit.*

Dum igitur fornices cespitii sæpius in comitiis exstruebantur, atqve observabant Islandi istos, nullo fulcro sustentatos, interdum qvidem hoc vel illo subeunte manere firmos, interdum vero levissimo motu tactos corruere; facile illum ritum cespitem subeundi ad ordalium qvoddam sive judicium Deorum convertere potuerunt, qvod ex historia nostra p. 58 factum fuisse intelligimus; constat enim tales sæpius actiones a variis gentibus ad hoc probationis genus antiqvitus fuisse adhibitas, in qvibus exitus tam anceps videretur, ut totus fortunæ esset relinqvendus **).

---

*) Sagan af Niáli þorgeirssyni ok sonum hans; Kaupmannahavfn 1772, 4to p. 18.

**) *Plura exempla talium ordaliorum exstant in dissertatione:* "on the trial by ordeal among the Hindus by Ali Ibrahim Khan, chief magistrate at Benares" *in collectione cui inscribitur:* Asiatic researches vol. I, p. 389, 392. N. 1. 9.

Dum addit autor noster hunc ritum a paganis haud minori observantia fuisse peractum ac, "skírslu" ɔ: *gestationem ferri candentis a Christianis sua ætate viventibus, innuit ritum cum aliqvo Deorum cultu fuisse conjunctum sive sacramenti genus exhibuisse. Neqve hoc a prima hujus ritus origine, qvalem nos suspicati sumus, alienum; nam omnes fere, qvæ humilitatem præ se ferebant, actiones, in antiqvitate ad Deos placandos fuere adhibitæ.*

Juramentum per cespitem, qvod olim in Germania invaluisse constat), eatenus qvidem a ritu islandico differt, qvod tale juramentum præstiturus nullam subierit fornicem, sed cespitem modo manu tetigerit. Attamen ostendit mos iste satis vulgaris varias gentes spectasse cespitem tanqvam aptissimum et domicilii et agriculturæ symbolum; qvæ sentiendi ratio tanto magis in Islandos cadit, qvanto magis constat et domos et agros istius insulæ tantummodo gramine fuisse tectos.*

Tertio loco lamen cespitium adhibebatur ad foedera sodalitia jungenda. Erigebatur framea staturam hominis excedens, ab utroqve latere lamen cespitium ita erat suspensum, ut medium a cuspide frameæ sustentaretur, fines vero humi affigerentur. Cespes itaqve hoc modo adhibitus, non amplius fornicis, nec jugi, sed altioris pyramidæ speciem retulit; erecto capite transierunt juraturi de eventu haud solliciti; dum fulcro solido satis cautum erat, ne cespes corrueret.

*Historia Gislii Sursonii **) rationem describit, qva Islandi qvatuor sub finem seculi decimi sanctum amicitiæ foedus sollenni modo inire conati sunt his verbis:* "Gánga nú út í Eyrarhvols-odda ok rista þar upp Jardarmen, svo bádir endar voru í jördu fastir, og settu þar undir Málaspiót ***) þat er menn máttu taka hendi sinni til geyrnagla. Þeir skyldu

*) J. C. H. Dreiers Miscellaneen Lübeck 1784 in 4. S. 102 sqv. Abhandlung von den an einigen Orten üblich gewesenen Gewohnheit den Eid auf grünen Sode abzustatten. Böhme diplomatische Beyträge zur Untersuchung der Schlesischen Rechte und Geschichte 2 B. 1 Th. S. 141.

**) Ágætar Fornmanna Sögur ad Forlage Biörns Marcússonar in 8. Hólum MDCCLVI. p. 134.

***) De Málaspiót *vide qvæ disputantur ad calcem vitæ Viga-Glumi in indice vocum p.* 211-212. *Harniæ* 1786 *in* 4.

þar 4 undir gánga: Þorgrímr, Gísli, Þorkell og Vesteinn; ok nú vekja þeir sér blód; ok láta renna saman deyra sína í þeirri mold, er upp var skorin í jardarmeninu, ok hræra saman allt moldina ok blódit. Ok sídan falla þeir á kné ok sverja þann eid at hvör skal annars hefna sem bródur síns ok nefna öll god í vitni; ok er þeir tókust í hendur allir, þá mælti Þorgrímr: ærin vanda hefi ek, þó ek giöri þat vid þá báda Þorkel ok Gísla mága mína &c. ɔ: *Exeunt ad promontorium Eyrarhvol, ibiqve lamen cespitium eo modo excidunt, ut ambæ extremitates solo affixæ essent; huic supponunt frameam cælatam, ita ut clavum ejus* (ɔ: *clavum qvo ferrum manubrio fixum tenetur*) *manibus attingere liceret. Qvatuor viri cespitem subituri sangvinem suum eliciunt, ita ut deflueret in humum, unde lamen cespitium exciderant. Dein cruorem permiscent, tum genua flectunt jurantes per omnium Deorum fidem, unumqvemqve alterius necem ceu fratris esse vindicaturum. Cum vero in eo essent, ut dextra dextris omnes jungerent, Thorgrimus manus subtraxit, dicens se sibi periculum sat magnum paraturum, si cum Thorkelo et Gislio affinibus suis hocce foedus iniret* &c.

Similia qvædam habet Fóstbrædrasaga*) *de duobus adolescentibus ferocioribus, qvi foedus inire voluerunt, ut unus necem alterius ulcisceretur, hæc afferens verba:* "þó at þá væri menn kristnir kalladir, þá var þó í þann tíma úng kristni ok miök vangér, svâ at margir gneistar heidninnar villu vóru þá enn í veniu margra manna. Í fyrnsku hafdi sú sidvenia verit hardfeingra manna þeirra, er þat lögmál gerdu sín á medal, at sá skyldi annars hefna, er lengr lifdi; þá skyldu þeir gánga undir III jardarmen ok var þat eidr þeirra. Sá leikr þeirra var á þá lund, at rista skyldi upp priár torfur lángar, þeirra endar skyldu allir fastir vera í jördu, en heimta upp lyckiurnar, svâ at madr mætti gánga þar undir. Þann leik frömdu þeir Þorgeir ok Þormódr ɔ: *Licet incolæ tum christiani dicerentur, tamen religio eo tempore* (*initio seculi undecimi*) *erat recens et valde impura, ita ut multæ reliqviæ*

---

*) Fóstbrædra-Saga edr Sagan, af Þorgeiri Hávardssyni ok Þormódi Bersasyni Kolbrúnarskáldi. Kaupmannahöfn, prentut hiá Thiele 1822 in 8. p. 7.

errorum paganorum in moribus multorum hominum superessent. Olim hic mos inter viros fortes foedera de mutua ultione pangentes invaluerat, ut tria lamina cespitia juraturi subirent. Ita vero mos iste comparatus erat, ut tres cespites longos cæderent, qvorum extremitates omnes humi affigerent, curvaturas vero ita elevarent, ut eos homo subire posset. Hunc ritum Thorgeirus et Thormodus secuti sunt."

Hæc descriptio apte conspirat cum loco præcedente; præterea inde discimus numerum cespitum ternarium qvoqve in foedere sodalitio jungendo fuisse adhibitum.

Eundem deniqve morem respexit autor narrationis fabulosæ de Thorsteino Vikingi filio, juramentum sodalitium his verbis describens: "Þeir vökvudu ser blóds í lófum, ok gengo undir Jardarmen, ok sóro þar eyda, at hver skyldi annars hefna, ef nokkr þeirra yrdi med vopnom veginn ɔ: *sangvinem suum ex volis elicuerunt, lamen cespitium subierunt, et juramentum præstiterunt. De mutua ultione, si alteruter morte violenta periisset.*

Plures loci, in qvibus mentio facta est hujus consvetudinis, in antiqvis Islandorum monumentis nobis haud occurrerunt. Solennis vero ille laminis cespitii usus tam arcte cum superstitione pagana erat nexus, ut Christianismo et recepto et firmato non potuerit non in desvetudinem abire.



AD PAGINAM 70-72 & 230.

NONNULLA DE NOTIONE VOCIS "JARTEIKN."

Auctore *E. C. Werlauff.*

Ut plerumque in ceteris veterum Islandorum scriptis, ita etiam hoc loco vocabulum Jarteikn *primariam obtinet significationem externi seu sensibilis cujusdam signi, quod mandati oralis vel vice fungi, vel veritatem testari potest.*

Quemadmodum hîc Melkorkæ filius, se regi Hibernico e filia nepotem probavit, sic etiam conjugii expertes fœminas, ut filii sui a patribus agnoscerentur, simili modo effecisse; nuntios, se plenam de re quadam colloquendi habere potestatem, ostendisse (sanna sögn sína)*; amicos de instanti periculo se invicem præmonuisse; omnes, in universum, qui ignoti et prima vice in conspectum alicujus se sisterent, se revera eos esse, quos profiterentur, ejusmodi signis affirmasse, pluries narratur. Ut vero is, ad quem nuntius quidam perveniret, perspectam haberet talis signi veritatem, inter amicos interdum jam antea de hac re convenerat* *).

Res autem, quibus ad ejusmodi Jarteiknir *utebantur veteres, hæ plerumque erant:*

1. *Annuli. Ita Gudruna annulum inserto lupino capillo fratribus misit, ut eos de insidiis Atlii, mariti sui, præmoneret* **)*; filii*

*) Arnesens islandske Rettergang p. 238, *cfr.* Heimskríngla, II. p. 130. Varr.

**) Edda Sæmundi Tom. II. p. 287. 371.

Eee

*adulterini, suo quisque patri, talibus annulis fidem fecerunt**), *et legati, quo facilius datam sibi potestatem testarentur, annulum mittentis exhibuerunt* **). *Aurum vero veteres cum ad alia ornamenta, tum præcipue ad annulos adhibebant, et hoc metallum, ut universe in antiqvis scriptis sæpius quam argentum occurrit, ita, ubi tali in nexu, sine uberiore explicatione, auri mentio fit, semper fere annulos digitales* (fíngrgull) *significat, quos inprimis, quoniam brachialibus minores essent, pro signo mittere amabant****).

2. *Nummi. Quorum tamen non nisi unum, quantum scio, exemplum exhiberi potest, idque in* Gísla Súrssonar Saga (****), *ubi hæc relatu dignissima narratio legitur:* "Gísli rís upp snimma um morgininn, oc gengr til smidio; hann smídar silfrpeníng er stód eyri; hann hnitar saman penínginn oc voro á XX naddar, hann var i tveim lutum, ok voro X naddar i hverjom lut, ok þótti sem heill væri, þa er saman var lagdr ok mátti þó taka sundr i tvâ luti; Gisli tekr nu i sundr penínginn, ok selr annan lutinn i hendr Vesteini, en hann siálfr hefir annan; bidr þa þetta hafa til *Jarteikna*, ef nockut geriz þat í, er þeim þickir máli

*) Ans Bógsveigis Saga *in Biörneri* nordiske Kämpedåter, p. 17. 30. Olafs Saga Tryggvasonar *ed. Scalh. II. p.* 309 - 10.

**) Heimskríngla, T. II. p. 77. *Ex antiquis Germanorum legibus, annulorum tali consilio missorum exempla afferri possunt: cfr. Leges Bavaricæ, Tit. II. §.* 14.

***) Thorsteins Víkings. S. *ed. Reenhjelm, p.* 74. Vatnsdæla S. *ed. Werlauff, p.* 12. 18. 21. *cfr. Torfæi Hist. Norv. II. p.* 105. Kæmpeviser *ed. P. Syv, p.* 70. *Huc spectat sine dubio symbolicus ille mos, pactionem quamlibet frangendis annulis confirmandi (O. Sperling de numis non cusis, p. 276). Quæ autem in tumulis atque etiam in terra, sæpe inveniuntur annulorum fragmenta, ad hanc rem pertinere, veri non simile est, quum potius ad annulorum pro nummis usum referri debeant (qua de causa vocabula* baugar *et* gull, baugar *et* fé *haud raro synonyma sunt); itaque sequitur, ut annuli interdum frangerentur, quo facilius pro minoris valoris nummis possent usurpari. De hoc annulorum pro nummis apud veteres usu cfr. Biörneri* nordiska Hjälteprydnad, p. *66 sq. Lagerbring.* Svea Rikes Historia, I., p. 426. Eddæ Sæmund. II. p. 579. 775. 965.

****) *B. Marcússonar* Agiætar Fornmannasögur, p. 136. *Legitur hæcce narratiuncula etiam in* Arnesens islandske Rettergang, p. 238, *sed gravitatis causa hoc quoque loco inseritur.*

skipta, ok skulum vid þá at eins sendaz i milli, segir Gísli, ef líf annarshvers liggr vid." *"Gislius, qvum mane surrexisset, officinam "adiit, nummumque argenteum oræ pondus habentem fabricavit, cu-"jus duas partes XX hamulis connexit. Constitit enim duabus "particulis, quarum qvævis X hamulos continebat, qui, cum ad-"necterentur, fieri non potuit, quin ipse nummus integer et indiscis-"sus videretur, et tamen in duas particulas facile sejungi poterat. "Gislius nummum disjunxit, particulamque alteram Vesteino tradi-"dit, alteram ipse retinuit, rogans, ut, si quid majoris momenti "accideret, hic nummus inter eos signum esset, neque tamen, in-"quit, nisi in capitis periculo versetur, nummum alter alteri mittet." Tale quid etiam in Francorum historia occurrit, nam de duobus regibus narratur, eos nummum aureum confregisse, quo facto alter eorum alteram nummi particulam legato suo auctoritatis causa tradidit*).*

5. *Cultellus et cingulum. Ut enim hîc (p. 72) Melkorkœ filius, matris nutrici vetulæ hoc signo sese manifestavit, ita Olavus, Tryggvii filius, quum e proelio navali ad Svoldum commisso, ut fert traditio quædam, nando effugisset, amicos suos in Norvegia ope peregrinantis Norvagi, se adhuc in vivis esse, simili modo certiores fecisse dicitur**).*

4. *Denique cuivis mandato orali* (ordsendíng) *addita fuisse sæpe dicuntur* Jarteiknir, *quorum tamen vera ratio uberius non explicatur. Quantum autem conjectare licet, unam alteramve rerum supra commemoratarum, inprimis annulos, huic usui inserviisse, persvasum mihi habeo ***).*

---

*) *O. Sperling de nummis non cusis, p.* 276. *Rupti seu discissi nummi, inprimis peregrini v. c. Arabici, Anglici &c., qui hîc e terra effodiuntur, ad ipsorum in mercatura usum sine dubio pertinent.*

**) Olafs Tryggvason. S. *ed. Scalh. II. p.* 309 - 10. 314.

***) Heimskríngla I. p. 327. II. p. 80. 84. 115. 126. 130. 201. 246. 331. Knytlínga S. p. 84. Egils Skallagrímss. S. p. 35. 67. 95. *et al. cfr.* G. L. Badens Afhandlinger i Fædrelandets Culturhistorie, I. p. 170.

Quum vero postea literis et sigillis eadem, ac hisce Jarteiknum, *adsequerentur antiqui, veri simillimum videtur, in usu fuisse hæc signa ævo, si non arte scribendi antiquiore, attamen eo, quo hanc nondum ad graviora adhibere didicerant, quam ad brevia epitaphia atque incantamenta, vel, ubi plurimum, ad stemmata genealogica, lignis aut lapidibus inscribenda, non autem membrana, cujus ad scribendum usus serius, opera inprimis christianorum monachorum invaluit. Quum igitur occurrit vocabulum* Jarteiknir, *tanquam si hæc signa in Norvegia tempore etiamnum Olavi Sancti in usu essent, hoc propterea fieri credimus, quod tunc temporis epistolas scribere nondum didicerant; id quod etiam documento esse potest, missum illud et signum, quod Ansgarius nomine regis Jutiæ Erici, ad Olavum, Svecorum regem, attulit*), ita esse interpretandum, ut aut* Ordsendíng *et* Jarteikn (*versio antiqua Svec. habet* Bud *et* Wartegn **), *aut epistolam ab ipso Ansgario pro rege scriptam et monogrammate regis signatam, hisce verbis describi voluerit auctor ***). Ubi vero* Jarteikn *sequenti tempore, postquam epistolæ conscribi coeperunt, invenitur, ibi aut eas res, quæ in locum illius succederent, epistolæ nimirum et sigilla, hoc verbo significari, aut accidisse, ut mandatum literis credere non ausi sint mittentes, sed annulo sive sigillo affirmare maluerint, ponamus necesse est. Ita etiam illud* Ordsendíng ok Jarteiknir, *quocum Canutus Sanctus fratrem Olavum captivum in Flandriam misit****), recte fortasse interpretamur. Quum in Scandinavia ceteroquin seculo XImo sigilla jam in usu essent, et sequente seculo etiam apud Islandos annulis*

---

*) *Rembertus in Scr. rer. Dan. I. p.* 473. *cfr. Suhmii* Danmarks Historie II. p. 178.

**) *Ihrii Gloss. Sviogoth. col.* 972.

***) *Talis interpretatio in hunc locum potius videtur quadrare, quam ex opinione C. Deichmanni* (Suhms Breve, p. 320) *in literas illas regia manu more ipsorum deformatas, quas a Svecorum rege Björnone ad Ludovicum imperatorem attulit Ansgarius (Scr. rer. Dan. I. p. 448).*

****) Knytlínga-Saga, p. 84. *Ceterum vocabulo* Jarteikn *hoc certe loco epistolam et sigillum significari posse, equidem non nego, quum in* Heimskríngla, III. p. 439. 441, *Erlingus Skakki regis Danici* Ordsendíng, bréf ok innsigli *misisse dicatur.*

insculpta haberentur *), *satis constat, vocabulum* Jarteiknir *cum* bréf *conjunctum* **) *nihil aliud, quam sigilla, significare posse. Annulus, qui affirmandi causa, antequam ars scribendi ad literas dandas adhiberi incepit, una cum nuntiis mittebatur, postquam ipse jam signatorius factus est, eodem consilio, non solum ad signandas literas pertinebat, sed etiam sine literis vim pristinam servabat* ***). *Illorum autem signorum genus quoddam diu postquam Scandinavis innotuit epistolarum exaratio, ad communicationem qualemcumque et clandestinum inter homines novarum rerum studiosos commercium, instituendum valuisse, e loco Saxonis memoratu dignissimo luculenter patet* ****). *Ibi autem Magnus, Regis Erici Lam filius, nuntium cum stipulato signo misisse dicitur ad Eskilli Archiepiscopi e filia nepotes, qui contra Regem Waldemarum Imum cum illo conjuraverant: "Thormerus, ac coram rege super manda- "tis, quorum esset gerulus, perquisitus, post diutinæ negationis amba- "ges, quæstionis metu credita sibi secreta detexit, lignum compactile, "quale more danico inter amicos sigilli vim obtinet, a se epistolæ "loco gestari confessus, cujus dimidium a Canuto et Carolo perinde ac "syngraphus haberetur."*

Sensu transitivo vocabulum Jarteikn, *idiomate non solum Islandorum, sed Danorum etiam et Svecorum, significat:*

1. *sensibile quodlibet indicium, quo vere accidisse aliquid probari potest. Ita Geirmundus, cui Jomsvicenses expeditione sua Norvegica digitos absciderant, mutilas suas manus Haconi Jarlo protulit,* "segir at þar voro Jarteiknir, at herr var i landino *****)."
2. *portentum seu omen de futuris rebus. Ita fatidica quædam Ingemundo seni, eum in Islandia habitaturum esse, cecinit:* "ok kvad "þat til Jarteikna, at þa mundi lutr horfinn or pússi hans, ok kvad

*) Sturlúnga-Saga, II., p. 222: "fíngr-gull - - var döckr steinn í ok grafit á innsigli."

**) *Exempl. gr.* Heimskríngla, III. p. 328.

***) *Temporibus etiam expeditionum cruciatarum annuli tali consilio missi sunt,* Wilken Gesch. d. Kreuzzüge, II. p. 448.

****) *Lib. XIV. p.* 359. *cfr. Suhmii* Danm. - Hist., VII. p. 496.

*****) Heimskringla, I. p. 234; *alia exempla vid.* Olafs Tryggvasonar S. *ed. Scalh. I. p* 174. Sverris Saga, p. 264.

"hann þá mundi finna, er hann græfi fyrir öndvegis súlum sínum á land-"ino" [1]). *Sed nihil, nisi præter naturam accidisset, portenti* (jarteikn) *nomine gaudebat. Arnorus, Tummii filius, post pugnam quandam Sighvato Sturlæ filio narravit, se per totam æstatem ægrum fuisse, sed rogatum, ut amicis auxilium præstaret, vires recuperasse. Sighvatus autem interrogatus, an id portentum esse crederet, responsum tulit:* "Slikt kalla ek atburd en eigi Jar-"teikn" [2]).

3. *sensu forensi notam characteristicam, qua res quævis ab aliis discerni potest* [3]), *et in universum argumentum quodlibet juridicum, quo rei cujusdam veritas per literas, sigilla vel testes probari solet* [4]).
4. *effectus vires naturæ superantes seu miracula* [5]).

Antiquum hoc vocabulum rectius Jerntegn *scribi, atque a veterum* Jernbyrd [6]) *originem habere, interpretatio admodum absurda est, jam pridem ab Ihrio aliisque lingvarum borealium peritis, repudiata. Derivatio a verbo Anglo-Saxonico* jeran *i. e. monstrare, ostendere, declarare, quam K. Ankerus proposuit, veri esset simillima, si hoc verbum apud auctores ab illo laudatos* [7]) *revera inveniri posset. Ibi vero quum desit, Ihrii derivatio a veterum Germanorum* Warzeichen, *cujus* W, *ut in aliis quibusdam verbis, in Scandinavorum* J *transiit* [8]), *mihi magis arridet.*

---

1) Landnámabók, *ed. Hafn. p.* 186.
2) Sturlunga Saga, II. p. 54.
3) Jydske Lov *ed.* K. Anker, p. 184. *Qui rem quandam amisit,* "scal seghæ lyttinæ oc jærtaken oc merki." *Idem in Svecorum legibus sensus obtinet, vid. Ihrii Gloss. I. col.* 972. *Ancheri (p.* 326*) derivatio vocabuli lyttinæ ab Islandorum* at líta *ɔ: adspicere,* lit *ɔ. vultus, vix sibi constat; verisimilius ab Isl.* litr *et veterum Danicorum* löd *ɔ: color, derivatur.*
4) *Magni* Gulaþíngslög *ed. Magnæana, p.* 60 *cfr.* Vidensk. Selsk. Ordbog *in vocab.* Jertegn.
5) *Occurrit in permultis veterum Islandorum scriptis, e. g.* Heimskríngla, II. p. 393. Húngurvaka, p. 180. Sverris Saga, p. 266.
6) *O. Wormii Monumenta, p.* 76. *Resenii Annot. ad* Witterlagsret, p. 617. *Verelii Index l. scythoscand. p.* 132. *Ostersons Glossarium, p.* 406. Thestrup om Thingene, p. 43.
7) *Somnerum et E. Lye. vid* Ankers Ordforklaring til J. Lov, p. 326.
8) *Ihrii Gloss. l. c. I. Olavius, Gloss. Synt. de Baptismo, opinatur, syllabam* jar *esse eandem ac Alemannorum* er *et Anglo-Saxonum* fore *i. e præpos. dan.* for.

INDEX PERSONARUM IN LAXDÆLA OCCURRENTIUM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

L.

M.

Th.

Y.

Ö.

INDEX GEOGRAPHICUS.

E.

F.

G.

H.

O.

R.

S.

T.



INDEX RERUM

IN

HISTORIA LAXDÆLENSIUM MAXIME NOTABILIUM.

D.

N.

T.

U.

V.

VOCES QVÆDAM RARIORES

IN

HISTORIA LAXDÖLENSIUM.

Aptrgánga, *f.* p. 224. *manes v. larva* (at gánga aptr, *reviviscere*).

Attaunar, *pl. m. p.* 56. *funes gubernaculi.*

Auvisl, (Auvisli, Audsli) *p.* 76. *damnum; ab* at audsla, *vastare. Vide historiolam de Hromundo claudo in* 3 *parte hist. Olavi Tryggvii (editio societ. antiqv. septentr.) p.* 144.

Bekkjar-gjöf *p.* 189. *donum sponsalitium, â* bekkr, *scamnum nuptiale et* gjöf *donum.*

Brautgángr, *m. p.* 136. 1; *discessus*, 2; *divortium, â* braut *s.* brott, *inde, abhinc et* (at) gánga *ire; proprie ire in viam. Hinc* brottgángs-sök, *divortii causa.*

Brekrád *p.* 351. *injusta alienæ rei appetitio v. petitio morosa et molesta, ab* at braka *crepare et* rád *consilium.*

Brúna-skurdr, *m. p.* 272. (*a* brún *f. supercilium et* skurdr, *m. qvod ab* at skera *scindere*) *vocatur ejusmodi tonsura, cum capilli ad supercilia sint rescissi.*

Hamíngja *f. p.* 64. *fortuna, felicitas, fata benigna; eodem sensu ac* Gipta *utitur.* Hamíngjur *pl. sunt genii tutelares, qvi Parcis sunt inferiores.*

Hermdarverk. *n. p.* 224. *opera notatu digna,* (*verosimile ab* at herma *narrare et* verk *opus*) *alii habent* "Hefndarverk" *opera ultionis* (at hefna *ulcisci*).

Hirdsla *f. p.* 56. *arca in qva aliqvid servatur, ab* at hirda *custodire, servare.*

Hnykkastafr, *m. p.* 117. *columna lecticæ. Alias postis, qvi claustris est instructus, v. tignum perpendiculare, qvod limina sive trabes transversas continet et cui janua claudenda admovetur.*

Höfud-smátt *f. p.* 136. *ea indusii apertura, per qvam caput penetrat, ab* höfud *caput et* smátt *subst. ab* at smjúga-smaug, *vel potius ab* at smeigja-*smeigdi, penetrare.*

Hornúngr *m. p.* 64. *adhibetur de eo, qvi aliis posthabetur* (â horn, *angulus*), *qvi in angulo stat.*

Húdfat *ab* húd, *cutis, pellis, corium; et* fat, *vas. Significat proprie vas v. saccum e pellibus factum, qvo sarcinas suas iter facientes condebant et lecti instar simul utebantur, vid. p.* 345. *Simpliciter etiam significat lectum nauticum, vid. p.* 117. *cfr. Index voc. ad hist. Orcadens.*

Hvítavâdir *pl. f. ab* hvítr albus, *et* vod *vestis, pannus, velum. Denotat proprie vestes albas; alias vestes baptismales.*

Kkk

Krókfaldr, *m. calantica, ornamentum capitis muliebre; vocatur hodie apud Islandos simpliciter* Faldr, *et verb.* at falda (sik) *adhibetur de mulieribus caput suum calantica v. cidari adornantibus; sed qvoniam iste* Faldr *curvatam v. aduncam figuram refert, apte dici potest* Krók-faldr, *a* krókr *uncus et* faldr.

Krúnraka (at), *adhibetur de sincipitis rasura, á* krúna, *f. sinciput calvum s. capillis orbatum et* (at) raka *radere.*

Kynjamenn, *pl. m.* (*a* kyn, *res mira, et* menn *homines*) *homines miri, abstrusi, morosi, p.* 37.

Litarapt, *n. coloris immutatio.*

Motr, *m. peplum tenue et pretiosum*, 189.

Mjöddrekka, *f. phiala s. amphora hydromellaria ɔ: vas v. receptaculum meri; a* mjödr, *merum, hydromel et* drekka *qvod denotat* 1; *ipsum actum bibendi, potationem* 2; *vas qvod potum continet; qvod ab* at drekka *bibere, vid. hist. Egilis Skallagr. edit. Arna-Magn. p.* 237.

Rjódr, *n. locus v. spatium arboribus vacuefactum.*

Seid-læti, pl. f. *cantus v. gestus magicus p.*152.

Seidhjallr *m. suggestus v. cancelli magici, qvos venefici in suum usum exstruendos curavere et ubi veneficia sua et fascinationes exercuere; a* seid *incantatio et* hjallr, *domuncula clathrata, speciatim penuarium, äeri expositum pro cibis piscariis torrifaciendis*(fiskihjallr)*p.*143.

Skolli *m. p.* 278. *vulpes; improprie adhibetur de homine vafro et astuto.*

Skúra-vedr *n. p.* 56. *tempestas nimbosa, qvæ imbres secum fert freqventes, á* skúr, *f. nimbus transitorius et* vedr, *n. aeris temperies.*

Skytníngr, *ab* at skjóta, *jaculari, suggerere; proprie est collatio, pensio a pluribus collata; inde symposium collatitium, diversorium* (*Dan.* Sammenskudsgilde) *p.* 312.

Skætíngi *v.* Skætíngr, *sermo petulans p.* 35.

Tannfè *p.* 73. 83. *peculium infantibus datum in primæ dentitionis memoriam, ab* tönn *dens et* fè *opes.*

Trú-kona *f. p.* 328 *mulier religiosa* (*Trú fides, religio, et* kona *mulier*).

Veifiskati *p.* 129. *largus, liberalis, ab* at veifa *vibrare et* skati *heros antiqvitatis; opponitur τῳ* sínkr, *tenax.*

Ægishjálmr, *p.* 129. (*ab* at ægja *horrorem injicere, minitari; et* hjálmr, *galea, tegmen*) *ægis, galea formidabilis; hinc* at bera ægishjálm yfir einum *ɔ: terrorem alicui incutere. Vid. vocab. Eddæ p.* 11.

Laxdaela-saga.